2. ( $\beta$ ) die zweite, bearb. Auflage („nova recognitio“) von Merlins Editio princeps, Paris 1515,
3. ( $\theta$ ) die Edition des Navarreser Theologen Nicolaus a Martimbos, Paris 1550,
4. ( $\mu$ ) die von anderen Herausgebern verantwortete, veränderte Neuauflage der Edition von Martimbos, Lyon 1562 (vielleicht gibt es hiervon auch schon eine frühere Auflage).

Was die beiden Wahrheitsquästionen betrifft, so sind die Textvarianten zwischen den einzelnen Ausgaben nicht sehr gravierend. Martimbos schreibt zwar in seinem Vorwort, er selbst habe einige Handschriften konsultiert, aber offensichtlich nahm er doch Merlins Text als Grundlage; die von ihm oder seinen Nachfolgern angebrachten Korrekturen sind nicht immer geglückt, z.T. eindeutig falsch.

Für die provisorische Edition habe ich den Text aus einer Handschrift transkribiert und die Editio princeps sowie eine Ausgabe von 1571, die auch in einem Faksimile vorliegt, kollationiert. Diese zuletzt genannte Ausgabe repräsentiert vermutlich die vierte Gruppe der Frühdrucke, d.h. die bearbeitete Edition von Martimbos. Die so verwendeten drei Textzeugen sind:

- V Bibliotheca Apostolica Vaticana, cod. Vat. Lat. 1072
- $\alpha$  Expectatissime & suo merito laudatissime in quattuor sententiarum libros questionum plurimarum resolutiones: & exactissime decisiones: perspicatissimi theologi et probatissimi inter predicatorij ordinis proceres patris: Magistri Durandi de sancto Portiano apostolici quondam penitentiarij: Meldensis ecclesie episcopi: & Aniciensis moderatoris prudentissimi: diligentissime a Magistro Jacobo Merlino recognite et gemino indicio illustrate. – Paris: Johannes Parvus (Jean Petit) 1508

<sup>83</sup> Siehe J.-F. MAILLARD, J. KECSKEMÉTI, C. MAGNIEN, M. PORTALIER, „Jacques Merlin“, in: ID., *La France des humanistes. Hellénistes* 1, Turnhout 1999, pp. 307–322; zu den ersten drei Auflagen von Merlins Durandus-Ausgabe: pp. 308–310, 314f., 319; vgl. auch ebd., „Guillaume Petit“, pp. 481–502, hier pp. 483f., 497f. Merlin weilte 1508 in Navarra, wo er 1510 Doktor der Theologie wurde; offenbar hat Petit (Parvy) den Druck in Paris überwacht.

- π D. Durandi a Sancto Porciano, ord. praed. et Meldensis episcopi, in Petri Lombardi Sententias Theologicas Commentariorum libri IIII. Nunc demum, post omnes omnium editiones, accuratissime recogniti & emendati. – Mit dem Vorwort des Herausgebers Nicolaus a Martimbos, datiert 1549. – Venedig: Typographia Guerraea 1571; Faksimile (2 voll.) Ridgewood (New Jersey) 1964

Kurzbeschreibung der Handschrift:

V: 14. Jh., enthält *In Sent.* I-II in Fassung C; vgl. Koch, pp. 50f., SOPMÆ 1, p. 343. Kollationiert nach einem Mikrofilm im Martin-Grabmann-Forschungsinstitut der Universität München.

IM QUELLENAPPARAT ANGEFÜHRTE TEXTE

- Anonymus (Ps.-Gilbertus Porretanus), *Liber sex principiorum*, ed. Lorenzo Minio-Paluello, in: *Aristoteles Latinus* 1, 6–7: *Categoriarum supplementa*, Bruges, Paris 1966, pp. 35–59.
- Aristoteles, *Categoriae*, ed. Lorenzo Minio-Paluello, in: *Categoriae et Liber de interpretatione*, Oxford 1949, 1980, pp. 1–45.
- , *De anima*, ed. William David Ross, Oxford 1956, 1979.
- , *Ethica Nicomachea*, ed. Ingram Bywater, Oxford 1894, 1974.
- , *Metaphysica*, ed. Werner Jäger, Oxford 1957, 1992.
- , *Météorologiques*, ed., transl. Pierre Louis, 2 voll., 1 (Livres I et II), Paris 1982.
- , *Physica*, ed. William David Ross, Oxford 1950, corr. 1977
- Aurelius Augustinus, *Soliloquia*, in: *Soliloquiorum libri duo – De immortalitate animae – De quantitate animae* (Opera 1, 4), ed. Wolfgang Hörmann, Wien 1986, pp. 1–98.
- Averroës Cordubensis, *Commentarium magnum in Aristotelis De anima libros* (*Corpus commentariorum Averrois in Aristotelem, Versiones Latinae* 6, 1), ed. F. Stuart Crawford, Cambridge (Massachusetts) 1953.
- , *Sermo de substantia orbis*, in: *Aristotelis opera cum Averrois commentariis* 9, Venedig: Iunctae 1562, Nachdruck Frankfurt a. M. 1962, ff. 3–14.
- Avicenna, *Liber de Philosophia prima sive Scientia divina*, ed. Simone Van Riet, 2 voll., 1 (Libri I–IV; *Avicenna Latinus* 3), Louvain, Leiden 1977.
- Durandus de Alvernia, *Quaestiones super Aristotelis libros Peri hermeneias*, München, Bayerische Staatsbibliothek, clm 18917, ff. 29b–41a.
- Empedokles, *Fragmente*, in: Hermann Diels, Walther Kranz (edd.), *Die Fragmente der Vorsokratiker, griechisch und deutsch*, 3 voll., 1, Berlin 1956, 1974 (unveränderter Nachdruck der 6. Aufl.), pp. 308–374.
- Henricus Goethals a Gandavo, *Quodlibeta*, Paris: Iodocus Badius Ascensius 1518, Nachdruck Louvain 1961.
- Hervaeus Natalis, *In quattuor Petri Lombardi sententiarum volumina scripta subtilissima nuperrime in lucem castigatissime prodeuntia*, Venedig: Lazarus de Soardis 1505.

- Jean Philopon, *Commentaire sur le De anima d'Aristote. Traduction de Guillaume de Moerbeke (Corpus Latinum commentariorum in Aristotelem Graecorum 3)*, ed. Gerard Verbeke, Louvain, Paris 1966.
- Porphyrus, *Isagoge*, in: *Porphirii Isagoge et In Aristotelis Categorias commentarium (Commentaria in Aristotelem Graeca 4, 1)*, ed. Adolf Busse, Berlin 1887, pp. 1–22.
- *Isagoge*, translatio Boëthii, in: *Categoriarum supplementa (Aristoteles Latinus 1, 6–7)*, ed. Lorenzo Minio-Paluello, coop. Bernard G. Dod, Bruges, Paris 1966, pp. 1–31.
- Thomas Aquinas, *Scriptum super libros Sententiarum magistri Petri Lombardi episcopi Parisiensis*, ed. Pierre Mandonnet, 2 voll., 1, Paris 1929.
- , *Pars prima Summae Theologiae a quaestione I ad quaestionem XLIX ad codices manuscriptos Vaticanos exacta cum commentariis Thomae de Vio Caietani ordinis Praedicatorum S.R.E. cardinalis (Opera omnia iussu impensaue Leonis XIII P.M. edita 4)*, ed. Brüder des Dominikanerordens, Rom 1888.
- , *Summa contra gentiles <Libri I–II> (Opera omnia iussu Leonis XIII P.M. edita 13)*, ed. Brüder des Dominikanerordens, Rom 1918.
- *Expositio libri Peryermenias (Opera omnia iussu Leonis XIII P.M. edita, Editio secunda retractata 1, 1)*, ed. René-Antoine Gauthier, Rom, Paris 1989.
- , *Quaestiones disputatae de veritate 1: Praefatio – Quaestiones 1–7 (Opera omnia iussu Leonis XIII P.M. edita 22)*, ed. Antoine Dondaine, Rom 1970/1975.

#### ABKÜRZUNGEN UND ZEICHEN

<...>	supplevi
add	addidit/addiderunt
in ras	in rasura scripsit
inv	invertit/inverterunt
iter	iteravit
marg	in margine
om	omisit/omiserunt
pos	posuit/posuerunt
praem	praemisit/praemiserunt
scr	scripsit
A <sup>sc</sup>	lectio, quam codex A praebet ante correctionem
A <sup>pc</sup>	lectio, quam codex A praebet post correctionem

## SIGLA DER VERWENDETEN TEXTZEUGEN

Durandus de Sancto Portiano, *In Sent.* I, redactio prima (A), dist. XIX, q. III:

- A Auxerre, Bibliothèque municipale, ms. 26, ff. 25rb 63 – vb 61
- F Florenz, Biblioteca Medicea Laurenziana, ms. San Marco 440, ff. 37rb 30 – 38ra 30
- N Nürnberg, Stadtbibliothek, ms. Cent. III, 79, ff. 34va 2 – 35rb 8
- M Melk, Stiftsbibliothek, ms. 611, ff. 84ra 40 – 86ra 5
- O Saint-Omer, Bibliothèque municipale, ms. 332, ff. 104r 23 – 106v 12
- Y Paris, BN, ms. Lat. 14454, ff. 63vb 50 – 64vb 4
- Y<sup>2</sup> Hand eines Korrektors in Y
- Z Paris, BN, ms. Lat. 12330, ff. 25va 19 – 26ra 33

Durandus de Sancto Portiano, *In Sent.*, redactio tertia (C), liber I, distinctio XIX, qq. V–VI:

- V BAV, cod. Vat. Lat. 1072, ff. 61ra 20 – 62ra 33
- α editio princeps Parisiensis a.d. 1508, ff. 73rb–74rb
- π editio Venetiana a.d. 1571, ff. 65vb–66vb

Petrus de Palude, *In Sent.* I, dist. XIX, q. VI:

- B Basel, Öffentliche Bibliothek der Universität, ms. B II 21, ff. 93ra 16 – 95ra 53
- P Paris, Bibliothèque Mazarine, ms. 898, pp. 211a 1 – 215b 35

Iacobus de Lausanna, *In Sent.* I, dist. XIX, q. IV:

- A Augsburg, Universitätsbibliothek, cod. II. 1. 2° 1, ff. 73a ra 47 – vb 32
- W Wien, Österreichische Nationalbibliothek, cod. Lat. 1542, ff. 29ra 45 – vb 46

## III

<Durandus de Sancto Portiano, *Commentum in Petri Lombardi libros Sententiarum*, redactio prima (A), liber I, distinctio XIX, quaestio III>

Postea quaeritur, utrum veritas sit in rebus vel in anima.

1. <Argumenta in primam partem.>

5 Videtur, quod sit in rebus extra animam,

1.1 quia, sicut dicit Augustinus libro *Soliloquiorum*, verum est „id, quod est“; sed esse competit rebus magis, prout sunt extra animam, quam, prout sunt in anima; ergo etc.

10 1.2 Item Philosophus dicit secundo *Metaphysicae*, quod, sicut unum- quodque se habet ad esse, ita ad veritatem; ex quo sequitur idem, quod prius.

2. <Argumenta in contrarium.>

In contrarium est,

15 2.1 quod dicitur sexto *Metaphysicae*, quod bonum et malum sunt in rebus, verum autem et falsum sunt in anima.

2.2 Item contingit verum dicere de eo, quod non est in re extra nec esse potest, sicut, quod chimaera est chimaera; et hoc non contingeret, si veritas non esset in anima, sed tantum in re extra; quare etc.

3. Responsio.

20 Circa quaestionem istam videnda sunt duo. Primum est, quid sit veritas; secundum, in quo sit.

---

6 Augustinus, *Solil.* II, V 8, p. 56, 14 sq.; cf. Thomas Aquinas, *S.th* I, q. XVI, art. I, arg. I 9 Aristoteles, *Metaph.* II 1, 993b 30 sq. 14 Aristoteles, *Metaph.* VI 4, 1027b 25-27; cf. Thomas Aquinas, *S.th* I, q. XVI, art. I, sed contra

---

## ZYANFMO

6 sicut - Augustinus] secundum Augustinum O id] illud YNM 7 com-  
 petit - magis] verius competit rebus AMO verius appetit rebus N prout] prout  
 ut Y ut O 9 secundo] septimo ANM 10 ita add esse ZY sive AN sic FM  
 ita se habet O idem] illud N id O 14 dicitur] dicit scilicet Y<sup>sc</sup> dicit Y<sup>sc</sup>  
 bonum et malum] malum et bonum ZY 15 sunt om YAO add in intellectu vel  
 O 17 et] sed ANFMO 18 quare] ergo ANFMO 20 istam] illam ZY est  
 om O<sup>sc</sup> 21 secundum add est ANFMO sit add subiective ZY



## 3.1 &lt;Articulus I.&gt;

Quantum ad primum sciendum est, quod veritas, ut communiter dicitur, est adaequatio vel conformitas rei ad intellectum, vel potius intellectus ad rem. Qualiter autem hoc sit intelligendum? 25

3.1.1 Advertendum est, quod non est intelligendum de adaequatione vel conformatione intellectus et rei secundum illud, quod sunt essentialiter, quia intellectus secundum illud, quod est essentialiter, non habet aliquam conformitatem vel adaequationem cum re extra, immo magnam difformitatem – cum res extra sit quandoque corpus, intellectus autem non, sed spiritus –, aut, si sit aliqua conformitas, in illa non consistit veritas, quia, cum illa attendatur secundum naturam rerum, aequaliter potest esse inter intellectum et res, quas nunquam intelliget vel intellexit, sicut inter intellectum et res, quas intelligit; veritas autem non est sine cognitione; quare etc. 30

3.1.2 Restat ergo, quod talis conformitas attendatur secundum aliquid, quod est in intellectu subiective vel obiective. 35

3.1.2.1.1 Et primum quidem dicunt aliqui, scilicet quod conformitas intellectus ad rem attenditur secundum illud, quod est subiective in intellectu, quod est species rei, quae est similitudo eius, vel – secundum negantes species – ipse actus intelligendi, qui etiam est similitudo rei. 40

3.1.2.1.2 Sed istud non videtur, quia talis conformitas vel esset in essendo vel in repraesentando.

---

23 communiter: cf. Thomas Aquinas, *S.th.* I, q. XVI, art. II, arg. II: „Isaac dicit in libro *De definitionibus*, quod veritas est adaequatio rei et intellectus“; *ibid.*, resp.: „... per conformitatem intellectus et rei veritas definitur. ... Intellectus ... conformitatem sui ad rem intelligibilem cognoscere potest.“ 37 aliqui: cf. e.g. Thomas Aquinas, *In Sent.* I, dist. XIX, q. V, art. I, solutio: „... in ipsa operatione intellectus accipientis esse rei, sicut est, per quandam similationem ad ipsum, completur relatio adaequationis, in qua consistit ratio veritatis“; *ibid.*, dist. XXXV, q. I, art. I, ad tertium 40 negantes species: cf. e.g. Henricus a Gandavo, *Quodl.* V, q. XIV

---

ZYANFMO; 25 qualiter – 42: ZYANFMO necnon  $V\alpha\pi$  (redactio tertia)

23 quantum ad] circa ZY 23-24 communiter dicitur *inv* O 24 vel –  
 25 intelligendum *om* N 26 advertendum *om* O 27 vel conformatione *om* O  
 conformatione] confor.e Y conformitate ANM<sup>pc</sup> conformatione FM<sup>sc</sup> 27 illud]  
 id ANO sunt *om* F<sup>sc</sup> est F<sup>pc</sup>M essentialiter] aequaliter Y 28 illud] id  
 ZANFMO essentialiter *om* ZYANFMO non *praem* aut ANFMO 29 extra  
*praem* ad O magnam *praem* quandam O 30 sit] sint ZY 31 sit aliqua *inv*  
 $V\alpha\pi$  in – consistit] non consistet in illa V non consistit in illa  $\alpha\pi$  32 natu-  
 ram] naturas ANFMO 33 vel] aut O 34 est *om* Y 35 attendatur] atten-  
 ditur Y 37 quidem] quidam N 38 ad] secundum ZY illud] id FMO  $V\alpha\pi$   
 38 quod – 39 intellectu *om* F<sup>sc</sup> 38 est subiective *inv* Y subiective *om* FM  
 39 est, *om* F<sup>sc</sup> 39 similitudo eius *inv* ANFMO 40 ipse *add* est  $\alpha\pi$  qui]  
 quidem actus intelligendi O etiam est] est tantum A est tantum est N est etiam  
 O  $V\alpha\pi$  41 istud] id O illud M videtur *add* verum  $V\alpha\pi$  quia] quod N  
 42 in *om* O

Non in essendo, quia omne, quod est subiective in intellectu, est acci-  
dens; res autem exterior est quandoque substantia materialis; inter haec  
45 autem non potest esse similitudo vel conformitas in essendo, cum sint  
diversorum generum; quare etc.

Nec potest attendi conformitas, in qua consistit veritas, in repraesentando, quia repraesentatio rei apud intellectum praecedit saltem ordine naturae actum intelligendi – prius enim ordine naturae est obiectum  
50 praesens seu repraesentatum potentiae, quam sequatur cognitio –; veritas autem aut simul est secundum naturam cum actu intelligendi, aut posterior; ergo veritas non consistit in adaequatione vel conformitate, quae est inter speciem et rem secundum repraesentationem.

Et sic non attenditur veritas quantum ad adaequationem, quae sit  
55 inter rem et intellectum per aliquid, quod sit in intellectu subiective.

3.1.2.2 Relinquitur ergo, quod attendatur quantum ad illud, quod est in intellectu solum obiective.

3.1.2.2.1 <Notandum.>

Circa quod notandum est, quod veritas non est aliqua conformitas,  
60 quae sit primo et immediate inter intellectum vel actum intelligendi vel speciem et rem intellectam, sed est conformitas rei, ut intellecta est, ad se ipsam secundum illud, quod est. In hoc enim primo consistit veritas, quod

---

43-46 cf. Thomas Aquinas, S.c.g. I 59: „Non ... ad veritatem intellectus exigitur, ut ipsum intelligere rei aequetur, cum res interdum sit materialis, intelligere vero immateriale.“

---

ZYANFMO; 43-53: ZYANFMO necnon  $V\alpha\pi$  (redactio tertia)

43 non *add* est ZY omne] id O 44 est *in ras* Y<sup>2</sup> quandoque *om*  
ZYANF<sup>ac</sup>O materialis *add* vel immaterialis ANFMO *add* vel si sit accidens est  
accidens corporeum  $V\alpha\pi$  46 quare] ergo O 48 rei *add* per speciem  $V\alpha\pi$   
49 est *ante* ordine *pos*  $V\alpha\pi$  49-50 praesens *iter* N 50 seu repraesentatum] seu  
praesentatum AM seu repraesentant N *om*  $V\alpha\pi$  potentiae *add* per speciem si  
qua sit  $V\alpha\pi$  sequatur] sequitur Y 51 aut, *om* O posterior] posterius N 52-  
53 speciem *add* vel actum F<sup>ac</sup>M 53 secundum] quantum ad ANFMO 54 quan-  
tum] quam N adaequationem] aequationem ZYNF<sup>ac</sup> sit] est ZY 55 in  
*om* M<sup>ac</sup> 56 attendatur] attenditur YO quantum *iter* N illud] id ANFMO  
57 in *om* F solum *om* O 59 circa – est,] et est notandum O 60 imme-  
diate] mediate N inter] in Z<sup>ac</sup> vel,] et ZYMO 61 et] vel M 62 illud]  
id AFMO quod, *praem* scilicet M

---

Versio a Petro de Palude recitata (codd. BP), § 3.1.1.1.1: 59 veritas – 62

59 veritas *add* cum sit conformitas quaedam BP 60 sit *post* immediate *pos*  
BP vel,] et BP 60-61 vel, – et] sive BP 61 intellectam *add* et intellectum  
vel actum vel speciem B *add* et intellectum vel secundum actum vel speciem P  
62 illud *om* BP est *add* in re B *add* in se P in – enim] et in hoc BP

res sic apprehenditur, sicut est in natura rei, et per oppositum falsitas consistit in difformitate rei, ut est apprehensa, ad se ipsam, ut est in natura – sicut, cum aliquid de re apprehenditur, quod non convenit suae naturae –, ita, quod veritas non est nisi relatio rationis eiusdem ad se ipsum secundum aliud et aliud esse, scilicet secundum esse intellectum et secundum esse reale. 65

3.1.2.2.2 <Probatio.>

Et quod ita sit, patet sic: Quando aliquid nomen convenit pluribus ita, quod per unum illorum convenit ceteris, per prius convenit illi uni quam ceteris – sicut esse sanum convenit urinae, diaetae, medicinae et animali, sed, quia ceteris convenit per habitudinem ad sanitatem animalis, ideo animali primo convenit esse sanum; nunc est ita, quod esse verum convenit pluribus, scilicet propositioni, intellectui et rei extra et rei, ut intellecta, ita, quod intellectui et propositioni et rei extra convenit esse verum ratione rei, ut est intellecta; ergo rei intellectae per prius convenit veritas. 70 75

<Declaratio minoris.>

Maior iam patet. Minor declaratur: quia esse verum non convenit propositioni nisi sicut signo, est autem signum rei intellectae, ut intellecta; nec 80

70 quando – 4 sanum: cf. Aristoteles, *Metaph.* IV 2, 1003a 33 – b 17

ZYANFMO;

63 rei] veritas Z apprehenditur] apprehendatur Z sicut] ut O 65  
 cum om AN de om F<sup>ac</sup> convenit] competit O suae naturae inv A 66  
 nisi relatio] in relatione M ipsum] ipsam Z 67 intellectum] intellectu M  
 secundum<sub>2</sub> om Y 70 quando] quod M 71 convenit,] competit NFM uni om  
 O 72 convenit om ZY urinae – medicinae] in urina et in diaeta medicina Y  
 diaetae om A medicinae om O 73 sanitatem animalis] animal O 74 esse,]  
 est N 75 pluribus add et per unum istorum convenit ceteris O propositioni  
 add et O 76 intellecta add est O et rei om F<sup>ac</sup> 77 est om ZYANF<sup>ac</sup> post  
 intellecta pos O per om A<sup>ac</sup> 78 veritas] esse verum O 80 iam om FMO  
 minor praem et (?) A<sup>ac</sup> praem sed FM 81 signo] significato A signata N est  
 praem ut M<sup>pc</sup> autem] enim FO intellecta add est O

Versio à Petro de Palude recitata (codd. BP), § 3.1.1.1.1-3:

63 rei] sua BP per oppositum om BP 63-64 consistit om BP 64  
 natura add sua BP 65 sicut – naturae om BP 70 et – sic] confirmant autem  
 suam positionem sic BP 72 esse – 74 quod] patet de sano sed BP 75 pluribus  
 scilicet om BP 76 ita – 77 verum] omnibus autem convenit BP 77 est intellecta  
 inv P 77 rei<sub>2</sub> – 78 veritas] veritas primo convenit rei intellectae BP 80 maior  
 – declaratur] probatio minoris BP

intellectui vel actui intelligendi competit esse verum nisi, quia est de vero  
 obiecto; intellectus enim non dicitur ‚verus‘ nisi, quia apprehendit verum,  
 nec actus intelligendi dicitur ‚verus‘ nisi, quia est apprehensio alicuius veri;  
 85 res etiam extra secundum illud esse, quod habet ipsa in re extra, non dicitur  
 ‚vera‘ nisi, quia nata est apud intellectum causare apprehensionem conformem  
 suae entitati, et ‚falsa‘ per oppositum. Igitur propositioni, intellectui  
 et rei extra ut sic competit veritas ratione rei intellectae. Sequitur ergo,  
 quod veritas primo et simpliciter conveniat rei intellectae, non quia  
 90 intellecta solum – alioquin omne intellectum esset verum –, sed, quia est  
 intellecta conformiter ad se ipsam, ut est in sua natura, ita, quod haec conformitas  
 primo est rei ad se ipsam secundum aliud et aliud esse, et inde derivatur  
 ad intellectum, qui dicitur ‚verus‘, in quantum apprehendit rem conformiter  
 ad naturam eius, ultimo vero est propositionis significantis rem  
 95 sic conformiter apprehensam.

### 3.1.2.2.3 <Dubium.>

Sed hic est unum dubium, quia rei non competit esse veram nisi, prout  
 est intellecta; sed, quod sit intellecta, habet ab intellectu, ergo et, quod sit  
 vera; ergo, ut videtur, esse verum non competit intellectui per rem  
 100 intellectam, sed potius e converso rei per intellectum.

87 per oppositum: cf. Aristoteles, *Metaph.* V 29, 1024b 21–24

### ZYANFMO

competit] convenit O 83 obiecto *om* O enim] autem A dicitur *om*  
 Y est Y<sup>2</sup> quia *iter* F 85 illud] id O quod – extra, *om* ZYANFM extra,]  
 ipsa O<sup>sc</sup> 86 nata *praem* apta O 87 oppositum *add* ut habetur quinto *Meta-*  
 physicae capitulo de falso F<sup>sc</sup>M igitur] ergo O 88 et *om* A competit] conve-  
 nit O 90 omne] esse ZO esse in Y esset *iter* O 91 ut] nec M<sup>sc</sup> haec *om*  
 ZY 92 ad se ipsam] a se ipsa Y 94 ultimo] ulterio Y 97 competit] conve-  
 nit O veram] verum MO 98 prout] ut O sed – intellecta *om* N ab  
 intellectu] ad intellectum N et *om* F<sup>sc</sup> 99 vera] natura Z ut *om* Y vide-  
 tur *add* quod Y<sup>sc</sup> competit] convenit YANFMO intellectui *om* O

### Versio a Petro de Palude recitata (codd. BP), § 3.1.1.1.3-4

82 vel] nec BP competit] convenit BP est *om* B sunt P 82-83 vero  
 obiecto *inv* P obiecto intellecto vero B 83 apprehendit verum *inv* BP 84 dicitur]  
 est BP alicuius *om* BP 85 illud esse] quod res P quod – extra,] *om*  
 BP 86 apprehensionem] intellectionem BP 88 et *om* BP ut sic *om* BP  
 competit] convenit BP intellectae] ut est intellecta BP sequitur] relinquitur  
 BP 91 ut est *om* BP haec *om* BP 92 rei *praem* ipsius BP ipsam *om* BP  
 et inde] deinde BP 94 naturam] se ipsam in natura BP vero *om* BP 97 sed  
 – quia] si dicatur quod BP veram] verum BP 98 sed quod] quod autem BP  
 99 ergo-competit] non igitur verum convenit BP 100 rei per intellectum *om* BP

Et dicendum ad hoc, quod non convenit rei esse veram nisi, ut est intellecta conformiter ad se ipsam, nec tamen propter hoc sequitur, quod intellectus per prius sit verus quam res intellecta, qualitercumque intellectus se habeat ad rem intellectam, ut intellecta est, sive ut cognoscens tantum, sive ut efficiens, quia non oportet, quod proprietas, quae non potest convenire rei nisi per alterius actionem vel supposita seu concurrente alterius actione, – quod per prius insit illi alteri. Verbi gratia non convenit aëri, quod sit calidus, nisi per solem, nec homini, quod sit sanus, nisi per medicinam, et tamen esse calidum non convenit per prius soli quam aëri, nec esse sanum per prius convenit medicinae quam homini. Similiter esse speciem non convenit homini nisi, prout est intellectus, nec tamen per prius convenit ratio speciei intellectui quam homini intellecto. Haec enim, scilicet esse speciem vel genus, licet formentur per actum intellectus, qui facit universalitatem in rebus, tamen sunt proprietates rei intellectae, et non ipsius intellectus. Et eodem modo est in proposito, quia, licet esse verum non conveniat rei nisi intellectae, tamen, quia est proprietas rei intellectae et non ipsius intellectus, ideo res intellecta per prius dicitur ‚vera‘, quam intellectus.

105

110

115

109 esse – aëri: cf. Aristoteles, *Meteor.* I 3, 341a 12–36 113 per – 114 rebus: cf. Averroës, *In De anima* I, § 8 (ad *De an.* I 1, 402b 5–9), ll. 25 sq. (p. 12): „intellectus est, qui agit in eis <scil. in rebus particularibus> universalitatem“.

## ZYANFMO

101 et *om* O ad hoc *om* Y veram] vera ZY 102 tamen *om* O 103-104 intellectus *post* 104 habeat *pos* FMO *om* ZY 105 efficiens *add* se habeat ad rem intellectam u N<sup>ac</sup> 106 seu] vel O 109 non – prius] per prius non convenit O nec] sed homini Z sed Y<sup>ac</sup> 110 convenit *om* ANFM medicinae – homini] homini quam medicinae Z<sup>ac</sup> homini] aëri A<sup>ac</sup> 111 non – homini] homini non convenit Y homini *om* Z<sup>ac</sup> est *om* F<sup>ac</sup> tamen] tantum Z 112 convenit] competit ANFM 113 formentur] conformentur O 115 intellectus] intelligentis ZYANFM intelligentis vel intellectus O est *om* O 116 nisi *add* ut O est *post* intellectae, *pos* A *om* N 117 intellectus *praem* intelligentis vel O

## Versio a Petro de Palude recitata (codd. BP), § 3.1.1.1.4

101 et – hoc] respondent B respondetur P quod *add* etsi BP convenit] conveniat BP esse veram] quod sit vera BP 102 nec] non BP 103-104 intellectus – 104 habeat] se habeat intellectus BP 106 seu – 107 actione] alterius actione seu concurrente BP 109 convenit – prius] prius convenit BP 110 per – convenit *om* BP 111 prout] ut BP tamen *add* esse speciem BP 112 ratio speciei *om* BP 112 haec – 113 licet] quia licet huiusmodi BP 115 intellectus *praem* intelligentis sive BP 115 eodem – 117 intellectus *om* BP 118 intellectus *add* sicut etiam rei intellectae convenit esse intellectam non nisi per intelligere, et tamen prius convenit rei esse intellectam quam ipsi intelligere, cum res intelligatur per actum rectum, qui est actus primus, intellectio autem non nisi per actum reflexum, qui est actus secundus B *add* sicut enim rei ... et tamen prius rei esse ... secundus P

## 3.1.3 &lt;Clausula.&gt;

120 Et sic patet primum, scilicet quid sit veritas, quia veritas est adaequatio vel conformitas rei, ut intellecta est, ad se ipsam in natura sua.

## 3.2 &lt;Articulus II.&gt;

In quo autem sit veritas?

125 Dicendum est, quod esse in aliquo potest dici dupliciter ad praesens, scilicet subiective et obiective.

3.2.1 Si quaeratur, in quo sit veritas subiective, dicendum est, quod nusquam est. Cuius ratio est: quia omne, quod est alicubi subiective, sive in re extra sive in anima, est vera res et non ratio tantum; sed veritas non est res, sed ratio tantum; ergo veritas nusquam est subiective, nec in re  
130 extra nec in anima.

3.2.1.1 Maior patet, quia aequae vera res est anima sicut res corporea, immo verior et nobilior et perfectior, propter quod, si illa, quae sunt subiective in re corporea, sunt verae res, fortiori ratione et illa, quae sunt in anima subiective, sunt verae res. Quod autem est ratio tantum, sicut  
135 universale, genus, species, nusquam est subiective: non in re extra, ut de se patet, nec in anima; esset enim aliqua vera forma a rebus intellectis realiter distincta, quod esse non potest: tum, quia universale, genus, species sunt proprietates rei intellectae et non ipsius intellectus, cuius contrarium esset, si haec essent quaedam formae in anima; tum, quia per actum intra manen-

## ZYANFMO

120 veritas, *om* O 121 natura sua *inv* YO 123 in - autem] quantum ad secundum scilicet in quo O 124 est *om* ZYO potest dici] hic potest esse Y potest esse M dicitur O 125 scilicet *om* O subiective - obiective] obiective et subiective Z 126 est *om* NM 127 quia] quod A omne *om* O 128 in, *om* F 129 ergo] secundo M 130 nec *om* F<sup>ac</sup> 131 aequae *add* veritas N<sup>ac</sup> res, *om* M anima *praem* in ZYO res corporea] in corpore Y 132 propter *om* Y 133 fortiori - 134 res *om* O 134-135 universale *post* 135 species *pos* O genus *add* et A nusquam] nunquam Z 136 vera forma *inv* O vera *add* res N<sup>ac</sup> 136-137 realiter *om* A veraciter abstracta vel O 137 universale - species] genus species et universale O genus *add* et A 138 intellectus *om* N 139 haec *om* ZY formae] forma O actum] actionem FO intra *iter* Y 139-140 intra manentem] immanentem O

## Versio a Petro de Palude recitata (codd. BP), § 2: 127 quia - 139

127 omne *om* BP 129 res *praem* vera BP 129 veritas - 130 anima] non est alicubi subiective BP 132 nobilior et *om* BP propter quod] et ideo BP 132-133 subiective *om* BP 133 sunt - res] sunt res sicut actus habitus et huiusmodi B sicut ... huiusmodi P 135 genus *add* et BP non *add* enim est BP 136 aliqua *om* BP 136 a - 137 distincta] distincta realiter a rebus intellectis B distincta a rebus intellectis P 137 universale - sunt] istae rationes sive intentiones sunt B istae rationes sunt intentiones sive P 138 et *om* BP 139 haec] illae BP quaedam formae *inv* BP

tem, sicut est intelligere, nihil constituitur, ut dicitur nono *Metaphysicae*, 140  
 istae autem intentiones fiunt per solam operationem intellectus, ergo non  
 sunt aliquid subiective in anima, quod verum est, sed sunt solum in ea  
 obiective, in quantum res apprehenduntur sub talibus habitudinibus, puta,  
 quod est dici de pluribus specie vel numero differentibus, et sic dicitur esse  
 species vel genus. Et sic patet maior. 145

3.2.1.2 Minor probatur, scilicet quod veritas sit ratio tantum: quia  
 illud, quod competit rei tantum secundum esse intellectum, non est res, sed  
 ratio tantum; sed veritas competit rei intellectae solum secundum esse  
 intellectum; ergo non est res, sed ratio tantum. Utraque praemissarum patet  
 ex praecedentibus. Est ergo veritas relatio rationis, cum sit conformitas rei, 150  
 ut intellecta est, ad se ipsam, ut est vel ut nata est esse. Et sic patet, quod  
 veritas in nullo est subiective.

3.2.2 In quo autem sit obiective? Dicendum est, quod veritas est tam  
 in intellectu simplici quam in componente et dividente, falsitas autem non  
 est in intellectu simplici; utrumque tamen verius et perfectius est in 155  
 intellectu componente.

---

140 Aristoteles, *Metaph.* IX 8, 1050a 34 – b1 144 cf. Porphyrius, *Isag.*, cap.  
 I (de genere), p. 2, 15 sq., transl. Boëth., pp. 6, 25 – 7, 2: „genus esse dicentes, quod  
 de pluribus et differentibus specie in eo, quod quid sit, praedicatur“; ibid., cap. II  
 (de specie), p. 4, 11 sq., transl. Boëth., p. 9, 6 sq.: „species est, quod de pluribus et  
 differentibus numero in eo, quod quid sit, praedicatur“.

---

## ZYANFMO

140 intelligere] intrantem (?) F<sup>ac</sup> 142 sunt, om M<sup>ac</sup> est M<sup>ac</sup> sunt solum  
 inv YO 143 apprehenduntur] comprehenduntur F habitudinibus] habitibus  
 ZY 144 specie – differentibus] differentibus numero vel specie O 146 minor  
 probatur] sed minor declaratur O 147 illud] id O tantum] solum AN om MO  
 148 intellectae om O 149 praemissarum] primi Y 150 rei om O 151  
 intellecta est inv O est,] ens ANFMO est, om ZYO ante nata pos NFM 153  
 sit om O est, om ZYO tam] causa M<sup>ac</sup> 154 in, om O et dividente om  
 ZY quam dividente O 155 est, ante verius pos O in, om F<sup>ac</sup>

---

Versio a Petro de Palude recitata (codd. BP), § 2: 140-149 tantum; § 3.3.1: 153  
 quod - 156

142 quod – est om BP solum in ea] in ea solum BP 143 puta – 144 est]  
 quae sunt BP 144 differentibus ante specie pos BP esse om BP 145 et –  
 maior om BP 146 minor probatur] probatio minoris BP 147 tantum] solum  
 BP 148 intellectae om BP 149 non – tantum] etc. BP 153 est, add obiective  
 BP 156 componente add et dividente BP

3.2.2.1 Quod veritas sit in intellectu simplici, patet, quia veritas est conformitas rei, ut intellecta est, ad se ipsam secundum suam naturam; sed intellectus simplex potest apprehendere rem attingendo ad cognitionem naturae rei absque hoc, quod aliquid alterum attribuat ei; ergo talis apprehensio, licet sit simplex, est vera.

3.2.2.2 Falsitas autem consistit in difformitate rei intellectae ad se ipsam secundum illud, quod est, talis autem difformitas non potest esse in actu simplici ipsius intellectus, quia aut actus simplex attingit naturam rei, aut non attingit; si attingit: verus est; si non attingit: ignorat, sed non est ibi proprie difformitas rei intellectae ad eius naturam, quia nec talis res est intellecta, sed aliqua alia; et ideo non est ibi falsitas, quae proprie importat deceptionem et non solum ignorantiam. Igitur circa quod-*quid-est* et omnem indivisibilem intelligentiam est quidem verum attingere et repraesentare, falsum autem non est, ut apparet ex fine noni *Metaphysicae*. Propter quod signanter dicit Philosophus tertio *De anima*, quod „indivisibilium intelligentia“ est „in his, circa quae non est falsum“. Non dicit: ‚circa quae non est verum‘, secundum veram litteram, propter causam praedictam, sicut exponit Iohannes Grammaticus.

170 Aristoteles, *Metaph.* IX 10, 1051b 17–32      171 Aristoteles, *De anima* III 6, 430a 26 sq.      173–174 Iohannes Philoponus, *In De anima* III, transl. Moerb., ad loc. cit., pp. 68, 47 – 69, 53; ‚falsam litteram‘ recitat Thomas Aquinas, *Qq. disp. de ver.*, q. I, art. III, sed contra, arg. II: „... in tertio *De anima*, ‚indivisibilium intelligentia in illis‘ est, in quibus non est verum et falsum.“

## ZYANFMO

157 quod *praem* et O      in *om* M      quia] quod N      158 suam naturam  
*inv* O      159 rem *om* ZY      160 rei] suae O      hoc quod *om* M<sup>cc</sup>      aliquid *om*  
O      alterum] alteri M<sup>cc</sup>      alterum alteri M<sup>cc</sup>      attribuat ei] attribuitur ei sibi Z  
attribuitur ei sed ipsa sibi Y      sibi attribuat AO      attribuat sibi NFM      161 sit – est]  
simplex sit O      est vera] vera tamen est O      162 autem *om* Y      quod M<sup>cc</sup>      162–  
163 ad se ipsam] absque ipsum N<sup>cc</sup>      163 illud] id AFMO      164 ipsius] illius O  
aut] autem O      165 attingit,] attingat O      attingit,] attingat O      167 aliqua *om*  
O      ideo *add* ibi O      168 et, *om* ZY      solum] solam ANF      igitur] ergo O      quod-  
quid-est et *om* Y      169 indivisibilem] dissimilem Z      170 est *om* YO      171 sig-  
nanter] signa N      quod, *om* Y      173 secundum veram] sed unam O      praedic-  
tam] dictam O

## Versio a Petro de Palude recitata (codd. BP), § 3.3.1

157 quod *add* autem BP      158 suam naturam *inv* BP      160 naturae] verae  
BP      alterum – ei] aliud sibi attribuat BP      161 est *add* tamen BP      163 illud] id  
B      164 ipsius *om* BP      rei *add* et sic est verus BP      165 si, – attingit,] et sic BP  
168 igitur] ergo BP      174 sicut] et sic BP



3.2.2.3 Utrumque autem, scilicet veritas et falsitas, sunt in intellectu 175  
componente et dividente, et perfectius, quam sit veritas in intellectu sim-  
plici. Quod patet dupliciter.

3.2.2.3.1 Primo sic: Sicut se habent veritas et falsitas ad vocem ut ad 180  
signum, sic se habent ad intellectum ut ad apprehensivum; sed veritas et  
falsitas non sunt proprie in voce incomplexa ut in signo, sed in voce com-  
plexa, puta in enuntiatione; ergo similiter est circa intellectum

3.2.2.3.2 Secundo, quia, cum veritas se habeat obiective ad intellec- 185  
tum, in illo est veritas perfecte et complete, qui potest veritatem cognos-  
cere – obiectum enim et circumstantiae obiecti sunt cognoscibiles a poten-  
tia –; sed veritas non potest ab intellectu apprehendi per actum simplicem,  
sed solum per actum componentem et dividentem; quare etc. Minor patet,  
quia apprehendere veritatem est apprehendere conformitatem rei intellec-  
tae ut sic ad se ipsam secundum suam naturam; hoc autem fit comparando  
unum alteri vel idem ad se ipsum secundum aliud et aliud esse, quod non  
potest fieri per actum simplicem; quare etc. 190

#### 4. <Ad argumenta.>

##### 4.1 <Ad argumenta in primam partem.>

4.1.1 Ad primum argumentum dicendum, quod Augustinus loquitur 195  
de veritate quantum ad illud, quod est ibi materiale, vel quantum ad illud,  
quod ‚veritas‘ dicitur, quia <est fundamentum veritatis.>

4.1.2 <Ad secundum argumentum dicendum, quod, sicut res se habet  
ad esse, quod est in re extra, ita se habet ad veritatem. Cum hoc tamen  
stat, quod veritas non est in re extra, sed est obiective in anima. Veritas  
enim refertur> ad entitatem rei, cum sit conformitas ad ipsam.

---

193–194 cf. Hervaeus Natalis, *In Sent.* I, dist. XIX, q. III, in fine (f. 41rb): „Ad  
rationem in contrarium dicendum, quod Augustinus loquitur quantum ad illud, quod  
est ibi materiale.“

---

#### ZYANFMO

175 utrumque] utrum ZO scilicet *om* O et *om* F<sup>cc</sup> sunt] sint O 176 divi-  
dente *praem* in Z veritas *ante* quam *pos* O 176-177 simplici *add* dicendum  
quod sic O 177 dupliciter *om* Y 178 habent] habet O vocem] se invicem  
Z ut] et M<sup>cc</sup> 179 ut] nec M<sup>cc</sup> ad, *om* ZYO 180 sed] secundum M<sup>cc</sup> 181 puta]  
ut O enuntiatione] anuntiatione N 183 complete] completive ZANFM 185 potest  
*add* esse Y 186 solum *post* dividentem *pos* O quare] ergo O minor patet] maior  
patet A *om* ZY 188 suam naturam *inv* AO hoc] haec O fit comparando] sit  
comparare O 189 alteri] alter O vel] et ZY secundum] sed Z quod *om* O  
190 fieri] esse O 193 Augustinus] alius O 194 illud,] id ANFMO ibi mate-  
riale] materiale illi O illud, *add* ad ZY<sup>2</sup> id ANMO id ad F 195 quia] qua O

---

Versio a Petro de Palude recitata (codd. BP), § 3.3.1: 175-176 perfectius et,  
*om* BP

200 4.2 <Ad argumenta in contrarium.>

205 4.2.1 Ad primum argumentum alterius partis dicendum, quod verum et falsum sunt in anima solum obiective, quo modo sunt quaedam entia rationis, quae conveniunt rebus intellectis solum secundum esse intellectum, bonum autem et malum sunt conditiones rebus convenientes exclusa  
205 omni operatione intellectus. Et sic est intelligendum dictum Aristotelis sexto *Metaphysicae*, scilicet quod verum et falsum sunt in anima: non quidem subjective, sed obiective modo, quo dictum est.

210 4.2.2 Ad secundum dicendum, quod, licet nomen rei et naturae proprie et simpliciter conveniat solum his, quae habent esse positivum extra animam, secundum quid tamen et secundario convenit privationibus et negationibus et etiam intentionibus formatis per intellectum; et quia  
215 intellectus ex habitibus cognoscit privationes, et ex affirmationibus negationes, et est etiam reflexivus supra intentiones, quas format, ideo de omnibus dicit verum, et semper veritas est conformitas rei, ut intellecta est, ad naturam, quam habet, qualiscumque sit illa.

<Finis quaestionis.>

---

206 Aristoteles, *Metaph.* VI 4, 1027b 25–27

---

ZYANFMO

201 primum *om* O dicendum] dicitur O verum *add* est Y 202 solum obiective *inv* YO quo modo] quatinus A quam quod (?) F quibus N tamquam M quia O 203 solum *post* 203-204 intellectum *pos* O 204 conditiones *praem* quaedam O 205 est intelligendum] est intellectum Z *inv* O 206 scilicet *om* F 206-207 quidem] quod O 208 secundum *add* argumentum Y naturae *praem* nomen O 209 conveniat] convenient O solum] totum Y esse *om* M 210 quid *om* M<sup>nc</sup> privationibus] praenotionibus ZY et, *om* N 211 et, – intentionibus *om* N etiam *om* O intentionibus] intensionibus O 212 cognoscit] cognoscunt M privationes] privationem Y 212-213 negationes] negationis N 213 et *om* ZYANFO est *om* M etiam] istam N<sup>nc</sup> supra] super ANMO ideo] non AN 214 dicit] dicitur Y 215 qualiscumque] qualitercumque N sit illa *inv* Y

## IV

<Petrus de Palude, *Commentum in Petri Lombardi libros Sententiarum*  
I, dist. XIX, q. VI: Ubi sit veritas>

Quarto quaeritur, ubi sit veritas.

1. <Argumentum ad primam partem.>

Videtur, quod sit ubique, quia, quod est in omni re, est ubique; sed  
5 veritas est in omni re sicut entitas, quia verum convertitur cum ente; ergo  
etc.

2. <Argumentum in contrarium.>

In contrarium est: quia videtur, quod nusquam sit, quia, quod est alic-  
ubi subiective, sive in re extra sive in anima, est vera res et non ratio tan-  
10 tum; sed veritas non est vera res, sed ratio tantum; ergo non est alicubi  
subiective.

Maior patet, quia aequae vera res est anima sicut res corporea, immo  
verior et perfectior; et ideo, si illa, quae sunt <subiective> in re corporea,  
sunt verae res, fortiori ratione et illa, quae sunt in anima subiective, sunt  
15 <verae> res, sicut actus, habitus et huiusmodi. Quod autem est ratio tan-  
tum, sicut universale, genus et species, nusquam est subiective. Non enim  
est in re extra, ut de se patet; nec in anima: esset enim vera forma distincta  
realiter a rebus intellectis, quod esse non potest, tum, quia istae ratio-  
20 nes sive intentiones sunt proprietates rei intellectae, non ipsius intellectus  
– cuius contrarium esset, si illae essent formae quaedam in anima –, tum,  
quia per actum intra manentem, sicut est intelligere, nihil constituitur, ut  
dicitur nono *Metaphysicae*, istae autem intentiones fiunt per solam opera-  
tionem intellectus – ergo non sunt aliquid subiective in anima, sed sunt in  
25 ea solum obiective, inquantum res apprehenduntur sub talibus habitudinibus,  
quae sunt dici de pluribus differentibus specie vel numero, et sic dicitur  
'species' vel 'genus'.

---

§ 2 cf. Durandus de Sancto Portiano, *In Sent.* I (A), dist. XIX, q. III, § 3.2.1  
23 cf. Aristoteles, *Metaph.* IX 8, 1050a 34 – b 1

---

3 ubi] utrum B<sup>ac</sup>    13 res est *inv* B    14 quae – 15 illa *om* B<sup>ac</sup>    15 forti-  
ori – illa] etiam P    15 subiective – 16 res *om* P    19 realiter *om* P    20 sive]  
sunt P    sunt] sive P    25 inquantum res *om* B<sup>ac</sup>

30 Probatio minoris, scilicet quod veritas sit ratio tantum: quia illud, quod competit rei solum secundum esse intellectum, non est res, sed ratio tantum; sed veritas competit rei solum secundum esse intellectum; ergo etc.

### 3. Responsio.

Hic sunt tria videnda. Primum est, cui conveniat primo veritas denominative; secundum, ubi sit veritas subiective; tertium, ubi sit veritas obiective.

#### 35 3.1 <Articulus I>

Circa primum est duplex modus dicendi.

3.1.1 Primus est, quod veritas primo convenit rei.

3.1.1.1 <Positio.>

3.1.1.1.1 <Declaratio.>

40 Quod declarant sic: Veritas, cum sit conformitas quaedam, non est aliqua conformitas, quae primo et immediate sit inter intellectum vel actum intelligendi vel speciem et rem intellectam, sed est conformitas rei, ut intellecta est, ad se ipsam secundum, quod est in re. Et in hoc primo consistit veritas, quod res sic apprehenditur, sicut est in natura sua, et falsitas  
45 in difformitate rei, ut est apprehensa, ad se ipsam, ut est in natura sua ita, quod veritas non est nisi relatio rationis eiusdem ad se ipsum secundum aliud et aliud esse, scilicet secundum esse intellectum et secundum esse reale.

3.1.1.1.2 <Argumentum.>

50 Confirmant autem suam positionem sic: Quando aliquod nomen convenit pluribus ita, quod per unum illorum convenit ceteris, per prius convenit illi uni quam ceteris, sicut patet de sano; sed esse verum convenit propositioni, intellectui et rei extra et rei, ut intellecta, omnibus autem convenit ratione rei, ut intellecta est; ergo veritas primo convenit rei intellectae.

---

§ 3.1.1.1.1 cf. Durandus, loc. cit., § 3.1.2.2.1      § 3.1.1.1.2 cf. Durandus, loc. cit., § 3.1.2.2.2

---

37 primus *praem marg* prima opinio: Durandi B

---

29 intellectum] in intellectu P      non *om* P      res sed *om* P      30 tantum  
*om* B      intellectum] in intellectu P      33 secundum] secundo BP      tertium] ter-  
tio BP      41 vel] et BP      42 vel - intellectam] sive rem intellectam et intellectum  
vel actum vel speciem B      sive ... vel secundum actum vel speciem P      43 re] se  
P      in, *om* B<sup>ac</sup>      51 ceteris] aliis P      51 per<sub>2</sub> -      52 uni] illi uni prius con-  
venit P      51-52 convenit *om* B<sup>ac</sup>      52-53 propositioni intellectui *inv* P      53 et,  
- intellecta *om* P      et rei, *om* B<sup>ac</sup>      54 intellecta est *inv* B

## 3.1.1.1.3 Probatio minoris:

55

quia esse verum non convenit propositioni nisi sicut signo, est autem signum rei intellectae, ut intellecta; nec intellectui nec actui intelligendi convenit esse verum nisi, quia sunt de obiecto vero, intellectus enim non dicitur ‚verus‘ nisi, quia verum apprehendit, nec actus intelligendi est ‚verus‘ nisi, quia est apprehensio veri; res etiam extra secundum illud esse non dicitur ‚vera‘ nisi, quia nata est apud intellectum causare intellectionem conformem suae entitati, et falsa per oppositum. Igitur propositioni, intellectui, rei extra convenit veritas ratione rei, ut est intellecta. Relinquitur ergo, quod veritas primo et simpliciter conveniat rei intellectae non, quia intellecta, solum – alioquin omne intellectum esset verum –, sed, quia est intellecta conformiter ad se ipsam in sua natura, ita, quod conformitas primo est ipsius rei ad se secundum aliud et aliud esse, deinde derivatur ad intellectum, qui dicitur ‚verus‘, in quantum apprehendit rem conformiter ad se ipsam in natura eius, ultimo est propositionis significantis rem sic conformiter apprehensam.

70

## 3.1.1.1.4 &lt;Instantia.&gt;

Si dicatur, quod rei non competit esse verum nisi, prout est intellecta, quod autem sit intellecta, habet ab intellectu, ergo et, quod sit vera; non igitur verum convenit intellectui per rem intellectam, sed potius e converso – respondent, quod, etsi non conveniat rei, quod sit vera, nisi, ut est intellecta conformiter ad se ipsam, non tamen propter hoc sequitur, quod intellectus per prius sit verus quam res intellecta, qualitercumque se habeat intellectus ad rem intellectam, ut intellecta est, sive ut cognoscens tantum, sive ut efficiens, quia non oportet, quod proprietas, quae non potest convenire rei nisi per alterius actionem vel supposita alterius actione seu concurrente, – quod per prius insit illi alteri.

75

Verbi gratia non convenit aëri, quod sit calidus, nisi per solem, nec homini, quod sit sanus, nisi per medicinam, et tamen esse calidum non prius convenit soli quam aëri, nec esse sanum medicinae quam homini. Similiter esse speciem non convenit homini nisi, ut est intellectus, nec tamen esse speciem per prius convenit intellectui quam homini intellecto, quia, licet huiusmodi formentur per actum intellectus, qui facit universalitatem in rebus, tamen sunt proprietates rei intellectae, et non ipsius intelligentis sive intellectus. Et ideo res intellecta per prius dicitur ‚vera‘ quam

85

§ 3.1.1.1.3 cf. Durandus, loc. cit., § 3.1.2.2.3 § 3.1.1.1.4 cf. Durandus, loc. cit., § 3.1.2.2.4

55 probatio] propter B<sup>c</sup> 57 intellecta add est P 58 sunt om B obiecto  
add intellecto B 59 verus,] verum P 60 illud esse] quod res P 65 intellecta  
add est P 66 sua natura] natura eius P 67 secundum] sicut B 75 re-  
spondent] respondetur P etsi] si B<sup>c</sup> quod sit iter B<sup>c</sup> 77 per – verus] sit  
verus per prius P 78 rem] esse B 80 rei] ei B<sup>c</sup> 88 proprietates add ipsius P

- 90 intellectus, sicut etiam rei intellectae convenit esse intellectam non nisi per  
intelligere, et tamen prius convenit rei esse intellectam quam ipsi intelli-  
gere, cum res intelligatur per actum rectum, qui est actus primus, intellec-  
tio autem non nisi per actum reflexum, qui est actus secundus.
- 3.1.1.2 Contra istam opinionem arguitur dupliciter.
- 95 3.1.1.2.1 Primo sic: quia
- (a) aut loquitur de veritate, quae convertitur cum ente; de qua dicitur  
secundo *Metaphysicae*, quod res sic se habet ad veritatem, sicut ad entita-  
tem. Et ista non convenit rei secundum, quod intellecta, sed secundum,  
quod est intelligibilis, et, prout est extra, nata tamen movere ad intellec-  
tionem vel eam mensurare – alias non converteretur cum ente intrinsece,  
100 sicut unum et bonum, sed solum extrinsece.
- (b) Aut loquitur de veritate, quae est propria cognitioni; de qua dici-  
tur sexto *Metaphysicae*, quod verum et falsum sunt in anima. Et de ista vide-  
tur, quod prius conveniat cognitioni quam rei cognitae –
- 105 (b 1) primo, quia, sicut res cognita est vera per hoc, quod ipsa est  
debite cognita – puta conformiter ad se ipsam, ut est extra –, sic etiam  
cognitio est vera per hoc, quod ipsa est debite cognoscens. Unde res cognita  
est vera per cognosci, cognitio per cognoscere, sicut ignis est calefaciens  
per calefacere, aqua calefacta per calefieri. Sicut ergo prius est cognoscere  
110 quam cognosci – sicut prius est agere quam pati, quia causa prior est  
effectu, et „passio est effectus illatioque actionis“, sic prior est veritas  
cognitionis quam veritas rei cognitae.
- (b 2) Secundo sic: Unumquodque prius inest illi, cui convenit deno-  
minatione intrinseca, quam illi, cui competit denominatione extrinseca,  
115 sicut patet de sano, quod prius convenit animali quam medicinae et urinae,  
quia denominat intrinsece animal, medicinam vero et urinam extrinsece;  
sed veritas convenit rei extra solum extrinsece, cum sibi conveniat, inquan-  
tum est cognita conformiter; cognosci autem conformiter vel difformiter  
inest rei extrinsece sicut et ipsum cognosci. Veritas autem competit cogni-  
tionem intrinsece, quia competit ei, ut est cognitio conformis, et per ipsum  
120 cognoscere, quod est ei intrinsecum; ei autem non convenit, ut est cognita  
– illa enim esset veritas cognitionis, ut est res quaedam; nunc autem loqui-  
mur de veritate, quae est propria cognitioni. Ergo veritas per prius conve-  
nit cognitioni, cui convenit intrinsece, scilicet per cognoscere intrinsecum,  
125 quam rei cognitae, cui convenit extrinsece, scilicet per cognosci.

97 Aristoteles, *Metaph.* II 1, 993b 30 sq.103 *ibid.* VI 4, 1027b 25-27111 Anon. (Ps.-Gilbertus Porretanus), *Liber sex princ.*, cap. 3, § 29, p. 41, 8.

90 etiam] enim P    91 convenit *om* P    98 intellecta *add* est P    103-  
104 videtur] dicitur P    104 conveniat] convenit P    106 puta] posita P    110 sicut]  
sic B    112 veritas *om* P    116 vero *post* urinam *pos* B    et *om* B<sup>cc</sup>    121 ei  
autem *inv* B<sup>cc</sup>

## 3.1.1.2.2 Ad argumentum dicendum

(a) per interemptionem minoris. Non enim cetera sunt vera per respectum ad rem cognitam primo, sed potius ipsa res cognita est vera per respectum ad cognitionem, loquendo de veritate opposita falsitati et, quae appropriatur cognitioni. 130

(b) Et, quando dicitur, quod intellectus non est verus nisi, quia est de vero – si intelligatur de vero, quod convertitur cum ente et praecedat actum intelligendi, verum est; si autem de vero, quod est in intellectu, tunc non habet veritatem, immo propter hoc res est vera, quia vere apprehensa, et veritas formaliter et intrinsece est ipsa cognitio debita, et sicut res est prior modo suo, sic cognitio est prior veritate quoad id, quod est formale in ea. Secundo vero ex veritate cognitionis est vera res cognita, ut cognita est. Tertio autem oratio „ex eo, quod res est vel non est“ – supple: ut cognita –, dicitur ‚vera‘ vel ‚falsa‘. 135

(c) Responsio autem, quam dant ad instantiam factam contra se, non valet, quia: 140

(c 1) quando aliquid non convenit proprie, formaliter et intrinsece causae, sed solum effectui, tunc verum est, quod per prius convenit effectui quam causae, sicut patet de sano. Aliquando etiam non convenit causae, sicut esse calidum non convenit soli. Sed, quando nomen convenit causae et effectui proprie et formaliter et non solum, quia causa est, tunc per prius convenit causae quam effectui; sicut, quicquid praedicatur proprie de prima causa et de creatura, per prius convenit primae causae. Et sic est in proposito, quia, cum veritas competat proprie cognitioni sicut rei cognitae, cognitio tamen est causa veritatis rei cognitae; ergo veritas convenit multo magis et per prius cognitioni quam rei cognitae. 145 150

Considerandum autem, quod interdum aliqua sunt sibi invicem causae, unum quidem in re, alterum in voce et nomine – sicut medicina est causa sanitatis ipsius animalis quantum ad rem, sed animal est causa medicinae quoad nomen sanitatis. Sic etiam est in proposito, quia res cognita aliquando est causa (saltem sine qua non) cognitionis secundum id, quod est, sed cognitio ei est causa denominationis et quoad esse cognitum et quoad esse verum, quia per hoc est cognita, quod cognitio est cognoscens, et per hoc vera, quod illa est vera et non solum verificans. Prius enim est 155

126 argumentum: vide supra, § 3.1.1.1.2

138 Aristoteles; *Cat.* 5, 4b 8-10

140 responsio: vide supra, § 3.1.1.1.4

127 interemptionem] interpretationem P vera add nisi P 128 rem – 129 ad om P 133 intelligendi] intellectus B autem] vero B in om B<sup>sc</sup> 135 est ipsa] nihil aliud est quam P 137 cognita, est inv P 138 oratio add quae P 145 soli – 147 convenit om B<sup>sc</sup> 148 et<sub>1</sub> – creatura] creaturae (?) B 150 ergo – 151 cognitae om B<sup>sc</sup> 151 cognitae om P 153 alterum] aliud vero P et] vel P 156 cognitionis] cognitioni B 158 cognita add res P 159 quod] quia P

160 cognitio vera quam verificans, sed res est prius verificans quam vera, quia  
nec est vera nisi, quia verificans actu vel potentia, sicut medicina non est  
sana nisi, quia sanans.

(c 2) Quod vero dicunt, quod esse speciem prius convenit rei cogni-  
tae per cognitionem quam ipsi cognitioni, et similiter esse intellectum, ergo  
165 similiter esse verum – non est simile, quia esse speciem et esse intellectum  
non convenit cognitioni per actum cognitionis rectum et cadentem super  
aliud, sed solum per actum reflexum cadentem super se convenit sibi esse  
intellectum, et per eundem abstrahentem convenit sibi esse speciem. Unde,  
quia intellectus prius cognoscit alia quam se, ideo esse intellectum et esse  
170 speciem prius convenit aliis quam sibi et prius tribuit aliis aequivoce quam  
sibi. Nec hoc ipsum competit sibi ex hoc, quod hoc tribuit aliis, nisi per  
aliud actum hoc tribuat sibi. Non enim per hoc est ipsa intellectio  
intellecta, quod ipsa intelligit, vel per hoc est species, quod facit speciem.  
Secus autem est de veritate secundum istos etiam, qui dicunt, quod ex hoc  
175 ipso est cognitio vera, quod est de vero cognito, antequam ipsa cognoscat  
se ipsam. Nos autem dicimus, quod cognitio est vera et per hoc, quod est  
in se debita et recta, cum veritas sit bonitas et perfectio cognitionis et non  
rei cognitae. Unde debet esse intrinseca ipsi cognitioni, licet includat re-  
spectum ad rem cognitam, sicut et ipsa cognitio.

180 3.1.2 Secundus modus dicendi ponit duo.

3.1.2.1 Primum est, quod veritas, quae convertitur cum ente, prius  
competit rei, quam cuicumque alteri, licet sibi conveniat per respectum ad  
cognitionem, immo nec convenit cognitioni nec orationi inquantum huius-  
modi, sed solum, inquantum sunt res quaedam cognoscibiles.

185 Quod probatur sic: quia, cum nunc loquamur de veritate, quae con-  
vertitur cum ente, ista veritas est idem quod rei entitas cum respectu ad  
cognitionem; ergo, cui primo convenit entitas, ei per prius convenit et veri-  
tas; sed entitas per prius convenit rei extra, ut est in rerum natura, quam,  
ut est in anima, vel, ut est cognita; ergo veritas prius convenit rei ut est  
190 extra cognoscibilis quam, ut est in anima, vel, ut est actu cognita.

Nec valet, si dicatur, quod, sicut sanitas per posterius est in medicina,  
quia non convenit medicinae nisi sicut causae, sic veritas per posterius con-  
venit rei extra, quia non convenit sibi nisi sicut causae – quia non est simile.

---

163–165 cf. Durandus, loc. cit., § 3.1.2.2.4; et vide supra, § 3.1.1.1.4

---

180 secundus *praem marg* secunda opinio: Petri B      181 primum *praem marg*  
prima conclusio B

---

163 dicunt] dicit B      174 etiam *om B<sup>sc</sup>* post veritate pos P      176 et *om*  
P      187 primo convenit *inv P*      191 est ante per pos P      posterius] prius B<sup>sc</sup>.



Sanitas enim non dicitur aequivoce de entitate medicinae cum ratione causae et de realitate et forma sanitatis, sed tantum analogice de forma sanitatis et de eius causa. Veritas autem aequivoce dicitur de illa, quae convertitur cum ente, quae formaliter et essentialiter et intrinsece importat entitatem cum respectu ad intellectum, et de veritate, quae appropriatur cognitioni, quae praedicatur analogice de causalitate vel mensura rei respectu cognitionis et de cognitione et de oratione. Unde veritas, quae convertitur cum ente, per prius convenit enti, ut est ens cognoscibile, quam cuicumque alteri. 195

3.1.2.2 Secundum est, quod veritas, quae appropriatur cognitioni, prius competit ei quam cuicumque alteri. – Quod patet sic: Illi primo convenit veritas illo secundo modo dicta, cui convenit intrinsece et formaliter sicut perfectio proprio perfectibili; sed sic convenit ipsi cognitioni, ceteris autem per attributionem ad cognitionem ita, quod res non est vera nisi, quia causa et mensura veritatis in cognitione, oratio autem, quia signum rei vere intellectae. Et tunc per omnia est simile de sanitate, quae per prius formaliter et intrinsece convenit animali sicut eius perfectio, medicinae vero solum, quia causa, et urinae tamquam signo. 200

3.2 <Articulus secundus.>

Circa secundum, ubi sit veritas subiective, est duplex modus dicendi.

3.2.1 Primus est, quod veritas et generaliter entia rationis nusquam sunt subiective. 205

3.2.1.1 Et hoc confirmant per rationem superius secundo inductam in contrarium.

3.2.1.2 Sed ista ratio non videtur esse efficax, quia deficit quantum ad utramque propositionem.

3.2.1.2.1 Primo quoad maiorem, quia secundum Avicennam, „quod nihil est in se“, nihil est „in alio“; sed entia rationis non sunt in se vera et realia entia, et ideo nusquam habent subiective verum nec reale esse in alio. Nihilominus tamen, sicut attribuitur eis esse rationis, ita et inexistencia. Unde privationes, quae sunt entia rationis, sicut habent essentiam rationis quasi quaedam entia extra animam, ita habent quandam inhaerentiam 220

---

216-217 cf. supra, § 2    220-222 Avicenna, *Metaph.* I 5, p. 37: „... quod nihil est in se, impossibile est esse in aliquo“

---

203 secundum *praem marg* secunda conclusio B    213 circa *praem marg* secundus articulus B    218 sed *praem marg* prima opinio: Durandi, Henrici B

---

194 non *om B<sup>c</sup>* post dicitur *pos B<sup>pc</sup>* · 195 realitate] causalitate B    201 ens *om P*    204 prius] plus B    205 illo] isto P    208 quia *add* est P    210 eius *om P*    211 causa] eam causat P    et] sed B    223 inexistencia] existencia B<sup>c</sup>

rationis; intelliguntur enim quasi inesse eidem subiecto, cui inerat habitus, quem privant. Unde dicitur quarto *Metaphysicae*, quod privatio est negatio in subiecto. Ergo accidens, quod est tantum ens rationis, habet esse alicubi subjective, sed secundum rationem tantum, quia, qualis est essentia, talis est inexistencia. Et similiter entia rationis, quae intelliguntur ut habentia existentiam substantialem, concipiuntur quasi per se existentia, sicut chimaera et mons aureus; entia vero rationis, quae intelliguntur ut proprietates positivae rerum extra animam, intelliguntur existere in illis subjective sicut, cum dicimus hominem esse speciem, animal genus. Praedicatum enim dicitur inesse subiecto, et ipsa res dicitur esse subiecta intentioni, et per consequens intentio dicitur accidens eius; unde dicitur accidere homini, quod sit species, in quantum est intellectus. Entia ergo rationis nusquam sunt secundum rem, sunt tamen alicubi secundum rationem, et subjective. Cum enim esse sequatur essentiam, prout intellectus intelligit essentiam, potest intelligere existentiam correspondentem.

3.2.1.2.2 Secundo deficit quoad minorem, quia sola veritas orationis in voce est ens rationis. Veritas enim vocis est eius significatio, quae est ad placitum; est autem significatio ad placitum per actum rationis; et ideo veritas orationis est ens rationis, quia non est signum naturale veritatis, sicut sanitatis urina. Sed veritas, quae est in cognitione, est entitas realis, licet et ipsa cognitio sit signum repraesentans rem cognitam, cum sit signum naturale ex natura rei, sicut fumus est signum ignis per naturam suam. Unde ista significatio non est ens rationis. Ulterius, sicut unitas, quae convertitur cum ente, non dicit puram indivisionem, sed dicit entitatem indivisam, sic unitas, quae est principium numeri et appropriatur quantitati, non dicit praecise indivisibilitatem in continuo, sed continuitatem indivisam; sic etiam veritas, quae convertitur cum ente, non dicit praecise respectum ad intellectum, sed entitatem cum respectu, et similiter veritas, quae appropriatur cognitioni, non dicit purum respectum cognitionis ad rem cognitam, nec e converso, nec rei cognitae ad se ipsam, ut isti ponunt, sed dicit cognitionem secundum, quod est manifestatio cum respectu debito ad rem cognitam; et sic dicit ens reale, sicut ipsa cognitio. Veritas autem, quae convertitur cum ente, iam dictum est, quod non est ens rationis, cum dividatur in decem genera sicut et ens, quae decem genera dividuntur contra ens in anima.

---

227 cf. Aristoteles, *Metaph.* IV 2, 1004a 12–16

---

230 inexistencia] existentia B<sup>nc</sup> 235 inesse] esse in P 243 est – placitum, om P 244 rationis om B<sup>nc</sup> 250 sic] sicut P 252 sic *praem* et P 258 quae om B<sup>nc</sup> iam – est,] est iam dictum est B<sup>nc</sup> est iam dictum B<sup>nc</sup> 259 sicut – genera,] rerum quae P

3.2.2 Secundus modus dicendi est melior. Et hic continet tria.

3.2.2.1 Primum est, quod veritas, quae convertitur cum ente, subjective est in omni re, quae per eam dicitur ‚vera‘. Et ista est ubique, et de hac loquitur ratio prius facta.

Et istud declaratur sic: Veritas, quae convertitur cum ente, est duplex: 265

3.2.2.1.1 prima, quae praecedit verum et falsum sibi oppositum tamquam aliquid commune, et est entitas cognoscibilis vel causans cognitionem. Omnis enim entitas in quantum entitas et per id, quod est ens, apta nata est movere intellectum et mensurare cognitionem ita, quod ista veritas est in omni ente quantum ad id, quod est in ea materiale, scilicet quantum ad entitatem, et quantum ad id, quod est in ea formale, et hoc est respectus ad cognitionem, sive sit respectus realis, ut est ille, quo res comparatur ad cognitionem ut motivum dependens a potentia passiva mobilis (sic enim scibilia creata sunt causa scientiae creatae, instrumentaliter saltem), sive sit respectus rationis, sicut ille, qui est scibilis ad scientiam in ratione mensurae, ut dicitur quinto *Metaphysicae*. Nullus enim dubitat de respectu reali, quin sit subjective in respectivo, quod denominat et secundum rem et formaliter. Respectus etiam rationis secundum rationem est in illo relativo, quod denominat, sicut respectus scibilis ad scientiam est in scibili. 270 275

3.2.2.1.2 Secunda veritas, quae convertitur cum ente, est illa, quae opponitur falsitati, quia ens, ut est cognoscibile, est verum prima veritate aequivoce dicta, prout autem est cognoscibile debite, sic est verum veritate opposita falsitati, sed prout est cognoscibile indebite, sic est falsum <veritate secundo modo dicta> et verum veritate primo modo dicta, sicut et ens; tamen, quia ens secundum, quod ens, natum est facere veram aestimationem sui, et non falsam, falsam autem non facit nisi secundum, quod est non-ens, inde est, quod verum, quod convertitur cum ente, potest dici etiam id ‚verum‘, quod opponitur falso. Unde aurichalcum secundum, quod aurichalcum, natum est facere veram sui aestimationem, sed, in quantum est non-aurum, natum est facere falsam cognitionem. Et ideo, sicut est aurichalcum et non-aurum, sic est verum aurichalcum et falsum aurum, 280 285 290

---

276 Aristoteles, *Metaph.* V 15, 1020b 31

---

261 secundus *praem marg* opinio secunda: Petri B      262 primum *praem marg*  
prima conclusio B

---

261 hic *om* P      tria *om* B<sup>ac</sup>      268 apta] actu P      271 ea] eo B      272 res  
comparatur *inv* P      273 sic enim] sicut P      274 saltem *om* B<sup>ac</sup>      275 qui *om* B<sup>ac</sup>  
276 reali] essentiali B      280 secunda *add* conclusio P      281 verum] ens P  
285 ens, *add* et BP      285 natum est] semper est natum P      286 facit *om* P  
287 dici etiam *inv* P      288 id] illud P

sicut supra dictum est. Et ideo bene dicit Augustinus de isto vero, quod verum est „id, quod est“. Ista ergo veritas, quae importat entitatem cum respectu determinato vel debito ad intellectum, est in re ipsa subiective  
295 quoad utrumque, sicut et prima veritas, quae importat entitatem cum respectu indeterminato ad cognitionem.

3.2.2.2 Secundum, quod ponit ista positio, est, quod veritas, quae appropriatur cognitioni, est secundum rationem in tribus, scilicet cognitione, oratione et re.

300 Et hoc probatur tali ratione: Omne denominans intrinsece vel extrinsece est in denominato saltem secundum rationem, quia omnis denominatio est a forma, quae est causa intrinseca, sicut agens denominatur ab actione, quae, licet sit in passo secundum rem, est tamen in agente secundum rationem; sed veritas denominat ista tria, licet differenter; ergo in his  
305 tribus est veritas secundum rationem subiective, sicut sanitas secundum rationem causae est in medicina et secundum rationem signi est in urina.

3.2.2.3 Tertium, quod ponit, est, quod veritas, quae appropriatur cognitioni, potest tripliciter considerari – ex quo patebit, ubi sit ponenda illa veritas secundum rem:

310 3.2.2.3.1 primo secundum rem formae, et sic secundum rem est in sola et omni cognitione debita, sive sensitiva, sive intellectiva. Et huius ratio est: quia ista veritas formaliter nihil aliud est quam manifestatio debita rei, sive apprehensio rei taliter, qualiter existit in rerum natura vel esse potest; sed hoc est commune omni cognitioni; ergo est in omni cognitione (licet  
315 magis proprie sit in componente et dividente, sicut dicitur in sequenti articulo). Et hoc est proprie esse-in subiective.

3.2.2.3.2 Secundo potest considerari secundum rem causae, et sic secundum rem est in re, quae est realiter causa cognitionis eo modo, quo esse in sua causa reali est modus essendi-in realis – alias non deberet poni  
320 a Philosopho naturali quarto *Physicorum* inter modos essendi-in. Praeterea, si effectus praexistit re in causa, quam non denominat, sicut omnia sunt in deo realiter, quia in eius virtute reali, multo magis sanitas est in medi-

292 supra: i.e. in quaestione praecedenti, resp., concl. III; ms. P, p. 210b 2–13: „Veritas, quae convertitur cum ente, proprie et intrinsece videtur esse communis ad veritatem, cui opponitur falsitas, et ad ipsam falsitatem. ... etiam verum, prout opponitur falso, convertitur cum ente, quia intantum aliquid est natum facere veram aestimationem de se, inquantum est ens, sed falsam, inquantum est non-ens – sicut aurichalcum, inquantum aurichalcum, facit veram apparentiam, inquantum autem est non-aurum, facit falsam.“ 292–293 Augustinus, *Solil.* II, V 8. 315–316 vide infra, § 3.3.2.3.1 320 cf. Aristoteles, *Phys.* IV 3, 209b 18–21

294 vel *om B<sup>ac</sup>* 297 ista] illa P 299 re *add* cognita P 300 omne] causa P vel] et B 308 tripliciter] dupliciter BP considerari *add* primo P 309 rem *add* adhuc dupliciter P 311 sive,] scilicet in B 319 alias *om B<sup>ac</sup>* 320 naturali] ... reali B 321 quam – denominat *iter* B 322 virtute reali *inv* P

cina secundum rem causae, quam etiam denominat – ex hoc enim dicitur ‚sana‘ (licet analogice), quia causa sanitatis. Et consimiliter in re, quae est causa realis veritatis in cognitione et ex hoc denominatur ‚vera‘, potest dici esse veritas secundum rem, non quidem secundum rem formae, sed causae. Unde non est ibi formaliter et subjective, sed causaliter et fundative. 325

3.2.2.3.3 Tertio potest considerari secundum rationem signi. Et sic veritas est secundum rationem signi in oratione vocis, non autem secundum rem signi, sicut sanitas est in urina, quae a natura est signum sanitatis, quod est esse signum secundum rem. Oratio autem non est nisi ab ente, et ideo non est in ea res signi, sed tantum ratio signi, sicut circulus est signum tabernae, et statua exemplaris secundum rationem, non secundum rem. 330

Nec valet, si dicatur, quod ‚oratio realiter significat, ergo est realiter signum, et non solum secundum rationem‘, quia, quod oratio realiter significet, hoc est ex realitate significantis, non ex realitate signi; non enim in oratione signum est res aliqua. Sed, sicut diceretur homo ‚realiter species‘ non proprie – cum esse speciem non sit esse rem, sed rationem –, sed, quia est res vera subiecta rationi, sic etiam, quia oratio est res vera (quantitas vel sonus), dicitur realiter significare a realitate rei significantis, quae substernitur rationi et intentioni significationis. Per hoc patet responsio ad argumentum. 335

3.3 <Articulus tertius.>

Circa tertium articulum, ubi sit veritas obiective, est duplex opinio. 345

3.3.1 Prima est, quod veritas est obiective tam in intellectu simplici quam in componente et dividente, falsitas autem non est in intellectu simplici; utrumque tamen verius et perfectius est in intellectu componente et dividente.

Quod autem veritas sit in intellectu simplici, patet, quia veritas est conformitas rei, ut intellecta est, ad se ipsam secundum naturam suam; sed intellectus simplex potest apprehendere rem attingendo ad cognitionem naturae rei absque hoc, quod aliquid aliud sibi attribuat; ergo talis apprehensio, licet sit simplex, est tamen vera. 350

Falsitas autem consistit in difformitate rei intellectae ad se ipsam secundum id, quod est, talis autem difformitas non potest esse in actu sim- 355

---

346 prima opinio recitata est Durandi, loc. cit., § 3.2.2

---

345 circa *praem marg* tertius articulus B  
Durandi B

346 *praem marg* prima opinio:

---

324 licet analogice *om* P quia – sanitatis *om* B consimiliter] similiter P  
325 dici *om* B 336-337 significet] significat P 337 non *om* B<sup>ac</sup> 338 sed in  
ras B licet P 342 per *praem* et P 353 naturae] verae BP 356 id] illud P

plici intellectus, quia aut actus simplex attingit naturam rei, et sic est verus, aut non attingit, et sic ignorat, sed non est ibi proprie difformitas rei intellectae ad eius naturam, quia nec talis res est intellecta, sed aliqua alia, et sic non est ibi falsitas, quae proprie importat deceptionem et non solum ignorantiam. Ergo circa quod-*quid-est* et omnem indivisibilem intelligentiam est quidem verum attingere et repraesentare, falsum autem non est, ut apparet ex fine noni *Metaphysicae*. Propter quod signanter dicit Philosophus tertio *De anima*, quod indivisibilem intelligentiam est in his, circa quae non est falsum. Non dicit: ‚circa quae non est verum‘, secundum veram litteram propter causam praedictam; et sic exponit Iohannes Grammaticus.

Utrumque autem, scilicet veritas et falsitas, sunt in intellectu componente et dividente perfectius.

Duo igitur ponit ista opinio, scilicet quod falsitas non est in intellectu simplici, et, quod in intellectu simplici est veritas obiective.

3.3.2 Secunda opinio et verior est his contraria quantum ad tria, quae ponit.

Primum est, quod falsitas est in intellectu simplici eo modo, quo veritas ibi ponitur, quantum ad intellectum figmentorum et entium rationis.

375 Secundum est, quod etiam in prima operatione intellectus est falsitas quantum ad vera entia composita vere vel opinative, non autem quoad simplicia utroque modo.

Tertium, quod veritas non est obiective in intellectu simplici proprie loquendo, sed in solo componente et dividente et reflexo.

380 3.3.2.1 Quantum ad primam conclusionem est considerandum, quod:

3.3.2.1.1 (a) in intellectu simplici potest esse veritas, et non falsitas, respectu obiecti, quod est ens reale simplex, sicut concludunt ratio et auctoritates, quas inducit prima opinio: quia talis quidditas aut apprehenditur, sicut est, et tunc est veritas, aut apprehenditur non, sicut est, et tunc totaliter non apprehenditur; sine apprehensione autem quidditatis non est falsitas respectu illius quidditatis.

(b) Respectu autem figmentorum potest esse falsitas in intellectu sim-

363 Aristoteles, *Metaph.* IX 10, 1051b 17–32.  
III 6, 430a 26 sq.

364 Aristoteles, *De anima*

366 Iohannes Philoponus, *In De anima* III, transl. Moerb.,  
ad loc. cit., pp. 68, 47 – 69, 53

371 *secunda praem marg* secunda opinio: Petri B  
prima conclusio B

380 *quantum praem marg*

360 *ideo*] sic B 365 *non, praem* et P *veram*] aliam P 370 *simplici* –  
*simplici om* B<sup>ac</sup> 371 *his*] *huic* P *quae om* B<sup>ac</sup> 375 *etiam om* P *intellec-*  
*tus om* P 378 *simplici om* B<sup>ac</sup> 382 *concludunt*] *concludit* B 383 *aut om*  
P<sup>ac</sup> 385 *non est iter* B<sup>ac</sup> 385–386 *falsitas*] *veritas* B

plici. Quod patet sic: Intellectus componens supponit intellectum simplicem subiecti et praedicati seorsum praecedentem, ratione cuius etiam dicitur ‚compositus‘ – non, quia in se sit duplex actus, sed est in essentia sua aequae simplex, sicut aliquis praecedentium, et plus, sicut mixtum dicitur ‚compositum ex quattuor elementis‘, quia ex illis quattuor praesuppositis generatur, quamvis in se non habeat compositionem nisi formae et materiae, sicut nec elementa, et multo perfectius sit, et sic simplicius, quam aliquid illorum. Intellectus ergo componens capram cum chimaera vel chimaeram cum nihilo, dicens: ‚Chimaera est capra‘ – qui est falsus –, vel dicens: ‚Chimaera est nihil‘, vel: ‚... ens opinabile‘ – qui est verus –, supponit intellectum simplicem de quidditate chimaerae. Ille autem est falsus, quia apprehendit rem, quae non est, et per consequens, prout non est. Si enim intellectus simplex caprae est intellectus verus ex hoc, quod capra est, sicut intelligitur – puta, quia est quidditas composita ex corpore et tali anima –, ergo intellectus intelligens rem compositam ex capra et ex alio impossibili est falsus, quia res, quam intelligit, non est sic, nec potest esse, in rerum natura.

Unde intellectus simplex verae et simplicis rei semper est verus et numquam falsus, quia vel est verus, vel non est intellectus illius rei simplicis. Intellectus autem simplex figmentorum quandoque est verus, quandoque est falsus (et eodem modo entium rationis), quia ille est verus, qui deservit componenti et vero, et ille falsus, qui falso. Cum enim dicitur: ‚Chimaera est nihil‘, vel: ‚... est ens opinabile‘, utraque est vera; non esset autem vera, nisi utraque simplex esset vera veritate, quae competit simplici apprehensioni. Et similiter, cum dicitur: ‚Chimaera est ens compositum ex capra et ... (alio, quod est impossibile)‘, falsa est, et ideo oportet, quod procedat ex altera simplici falsa.

(c) Eodem modo dicendum est de ente rationis. Si enim ens rationis apprehendatur ut verum ens, dato, quod non dicatur esse ens, sicut apprehenditur animal rationale mortale ut verum ens sine hoc, quod de altero praedicetur, vel alterum de ipso, tunc est falsa apprehensio ex eo, quod apprehensum non est sub modo, ut apprehenditur, sed sub modo opposito; et ista simplex falsa praecedit compositas falsas, quae per falsam apprehensionem formantur de non-ente. Aliquando autem talia entia apprehenduntur non ut entia rei, sed ut entia rationis, et talis simplex apprehensio est vera et deservit compositae verae, quae de talibus formatur, sicut, cum dicitur: ‚Homo est species‘, et: ‚Animal est genus‘, et: ‚Nihil est nihil‘, et huiusmodi.

3.3.2.1.2 Secunda ratio ad eandem conclusionem primam talis est:

---

389 cuius *om B<sup>c</sup>* etiam *om P* 390 sed] quia *P* 391 aliquis praecedentium] praecedentes *P* et plus] sed *P* 394 sit] est *B* et sic *om B<sup>ac</sup>* 395 capram] sapinam (?) *B* 397 capra] sapina (?) *B* 397 dicens] qui dicit *B* 403 potest esse *inv P* 409 et, *om B* 413 alio] huiusmodi *B* falsa] falsus *P* 420 ista simplex] ita ex *P* praecedit – falsas] procedit composita falsa *P* 420-421 apprehensionem] operationem (?) *B* 421 formantur] formatur *P*

Contraria nata sunt fieri circa idem, nisi alterum sit determinatum a natura; sed falsitas est opposita veritati, et veritas non est determinata a natura intellectui nostro simplici, sicut nec composito; ergo, sicut in intellectu simplici est veritas, sic et falsitas.

430 Et confirmatur ratio declarando illud, quod videtur hic dubium, per rationem tamen non necessariam et, quae postea solvetur: quia, sicut intellectus componens dependet in cognitione a simplici, sic dependet in his, quae sunt propriae passiones eius, ut cognoscens est – quae sunt veritas et falsitas. Unde, sicut veritas proprie dicta intellectus componentis  
435 dependet a veritate large dicta intellectus simplicis, sic falsitas a falsitate, quia contrariorum sunt contrariae causae secundum, quod huiusmodi. Unde, sicut non potest esse compositus verus, nisi simplex sit verus, sic non potest esse falsus, nisi simplex sit falsus, quia, sicut ex veris numquam  
440 sequitur nisi verum illative ita, quod ex compositis veris, quae sunt per secundam operationem intellectus, numquam concluditur falsum per tertiam operationem intellectus, quae est ratiocinatio vel rationis discursus, sic ex primis veris operationibus non componetur secunda falsa nisi, quod ad componendum plura requirentur, quam ad destruendum. Unde, sicut ex  
445 altera tantum vera potest concludi falsum, sed ex altera tantum falsa non concluditur necessario verum, sed solum contingenter, sic etiam ex altera simplici vera potest componi falsa et ex altera simplici falsa quandoque componitur vera, sed non necessario (sed in pluribus componitur falsa), sed ad hoc, quod composita necessario sit vera, oportet utramque simplicem  
450 esse veram, et, si utraque simplex est vera, necesse est compositam esse veram. – Sed ista ratio solvetur in sequenti conclusionem:

### 3.3.2.2 Quantum ad secundam conclusionem:

3.3.2.2.1 Videtur etiam, quod circa vera entia potest esse prima operatio falsa, quando scilicet sunt composita, ut, si homo apprehenderet unam  
455 quidditatem, vel naturam, compositam ex corpore equino et anima humana, vel hominem equo permixtum, licet istam quidditatem non attribueret alicui, nec aliquid ei, ut formam materiae, tamen, si apprehenderet per

---

432 postea: vide infra, § 3.3.2.2.2 (b)

---

452 quantum *praem marg* secunda conclusio B

---

429 sicut, – 430 falsitas *om B<sup>sc</sup>* 430 et] est B 431 et – 433 simplici *om B<sup>sc</sup>*  
431 et – hic] de hoc non est P per] propter P 432 tamen ... solvetur *in ras*  
B 432 solvetur *add* probatur minor P 434 est *om B* 438 sicut] si B 441 intel-  
lectus] ita quod *B<sup>sc</sup>* 441 numquam – 442 vel] non potest esse nisi verus P 444 sicut  
*om B* 445 vera] falsa BP falsa] vera BP 447 potest – falsa, *om P*  
448 componitur,] componetur P 451 ista ratio] istud P 453 potest] possit P  
455 naturam] ut B 456 vel] ut B 456-457 attribueret] actu uniret P 457 ut]  
nec B vel P



modum verae quidditatis, esset apprehensio falsa, quia talis natura vel falsa, vel tales duae naturae, quamvis sint in natura, non tamen illo modo, quo apprehenduntur, quia apprehenduntur ut unita et composita, sunt autem in rerum natura ut separata solum. 460

Et potest poni exemplum in illis, qui apprehendunt caelum ut quid compositum ex anima et corpore, vel hominem ut compositum solum ex anima corporali et corpore mixto – et, quamvis id, quod intelligunt, sit non-ens, illud tamen, quod credunt se intelligere, est verum ens. In quo differt hic intellectus ab intellectu non-entium, in quo nec id, quod intelligitur, est verum ens, nec illud, quod putant se intelligere, quamvis putent se per illud quandoque verum ens intelligere. Propter quod ista conclusio differt a prima, quia non sic intelligit figmentum Commentator, qui apprehendit hominem ut habentem solum formam corporalem, vel caelum ut sine materia, sicut poeta, qui imaginatur chimaeram vel montem aureum ut ens verum. 465 470

3.3.2.2.2 (a) Posset etiam alicui videri, quod in apprehensione verorum entium simplicium, quando apprehenduntur ut composita, sit falsitas, sicut in apprehensione illorum, qui aestimant angelum compositum ex materia et forma – quod enim intelligunt, est quidditas angeli, sed ipsa non est cum materia, sicut isti aestimant –, sicut e converso, cum intelligitur homo ut habens solum formam corporalem, et caelum ut animatum, non est dicere, quod nihil horum intelligitur, sed aliquid sic, puta materia, aliquid non, puta forma. Et ideo est falsitas in illa apprehensione ratione partis, non totius. Non enim illud intellectum est caelum vel homo, sed est pars hominis, quae non sic est in natura, ut apprehenditur ab anima; ideo est ibi fal- 475 480

---

462–463 caelum – corpore: cf. Averroës, *De subst. orbis*, cap. II, f. 6 F–G: „... videtur, quod ... forma ultimi continentis sit quodammodo anima, scilicet propter appetitum existentem in eo, et propter movere sit quodammodo intellectus, et sit forma simpliciter, per quam animal caeleste componitur ex uno movente et uno moto.“ 463–464 hominem – mixto: cf. Averroës, *In De anima* III, § 5 (ad *De anima* III 4, 429a 21–24) 470–471 caelum ut sine materia: cf. Averroës, *De subst. orbis*, cap. I, f. 5 I: „... declarabitur formam eius <scil. corporis caelestis> non existere per suum subiectum, et suum subiectum esse simplex, non compositum ex materia et forma ...“; cap. II, f. 6 G–H: „Corpus ... caeleste est quasi materia istius formae abstractae <quae scil. est quodammodo anima>, quia est materia existens in actu, et ideo non assimilatur materiae nisi in hoc tantum, quia est materia fixa ad recipiendum formam – et ideo dignius dicitur ‚subiectum‘ quam ‚materia‘. Materia enim, quae est hic, dicitur ‚materia‘, quia est in potentia forma in ea fixa, et dicitur ‚subiectum‘, quia est fixa formae et fit compositum ex materia et forma.“

---

458 apprehensio falsa *inv* P falsa, *om* B<sup>c</sup> natura] materia BP 459 non  
 – modo] tamen cum alio modo quam P 460 quia apprehenduntur *om* B 461 ut  
*om* P 464 quamvis] quam B<sup>c</sup> 473 verorum] ipsorum B 475 apprehensione]  
 distinctione B 476 quod enim] quia (?) quod P ipsa *praem* in P cum *om* P  
 482 ibi *om* B

sitas. Et quamvis materia non possit intelligi sine forma, tamen materia  
huius potest intelligi cum forma, quae non est huius secundum veritatem,  
485 dum tamen sit huius secundum opinionem.

In intellectu vero, qui intelligit angelum ut compositum, est falsitas  
ratione totius, quia quidditas tota angeli intelligitur ut composita cum alio,  
puta materia, quod non est. E contrario autem est, quando compositum  
apprehenditur ut simplex, sicut Commentator imaginatur substantiam caeli  
490 sine materia: Est falsitas non ratione totius, sed solum ratione partis, quae  
est forma, quae apprehenditur ut non composita cum alio, sicut est. Quod  
ergo dicit Philosophus, quod in intelligentia indivisibilem non est falsitas,  
verum est, quando simplicia apprehenduntur ut simplicia, quia vel totum,  
vel nihil intelligitur, sicut, si quis putet albedinem esse simplicem et cum  
495 hoc pro quidditate albedinis apprehendat quidditatem nigredinis, quae est  
vera quidditas, vel chimaerae, quae non est. Tunc enim non potest dici,  
quod ipse intelligat albedinem falso, immo nullo modo intelligit albedinem,  
nec aliquid eius, nisi quantum ad quid nominis et quantum ad quid rei  
secundum suam aestimationem, non secundum veritatem.

3.3.2.2.2 (b) Est tamen advertendum, quod secunda ratio adducta ad  
500 primam conclusionem non habet necessitatem, quia per illam aequae posset  
probari, quod in intellectu simplicium esset falsitas, sicut in intellectu  
compositorum, quia contingit esse falsum intellectum componentem, qui  
est de terminis simplicibus sicut de compositis. Ita enim est ista falsa:  
505 „Albedo congregat“, sicut ista: „Album congregat.“ Si igitur falsitas composi-  
tionis non est nisi ex falsitate componentium, oporteret praecessisse falsi-  
tatem in apprehensione vel albedinis vel congregationis, quorum utrumque  
et est simplex et potest apprehendi ut simplex. Ideo dicendum ad maiorem,  
quod falsitas componentis est ex falsitate apprehendentis vel ex non-  
510 intellectu, sicut dicimus, quod peccatum est in voluntate vel ex errore vel  
ex nescientia aut inconsideratione. Et ideo Philosophus dicit, quod „indivi-  
sibilem intelligentia“ est semper vera, tertio *De anima*, intelligens de quid-  
ditate simplici et indivisibili, quae est vera entitas, quia ens rationis non est  
indivisibile, sicut nec ens. Posset tamen vera apprehensio esse, si apprehen-  
515 deretur, ut est ens rationis, sicut dictum est supra de figmentis.

---

489 Commentator: vide supra, § 3.3.2.2.1      492 cf. Aristoteles, *Metaph.* IX  
10, 1051b 17–32; *De anima* III 6, 430a 26 sq.      500–501 vide supra, § 3.3.2.1.2  
508 maiorem: cf. loc. cit.: „... sicut veritas proprie dicta intellectus componentis  
dependet a veritate large dicta intellectus simplicis, sic falsitas a falsitate.“      511–  
515 Aristoteles, *De anima* III 6, 430a 26 sq.      515 vide supra, § 3.3.2.1.1 (b)

---

483–484 materia huius] haec P      485 dum] cum P      huius om B<sup>ac</sup>      486 in  
om B<sup>ac</sup>      vero add nostro B      falsitas om B<sup>ac</sup>      489 caeli om B<sup>ac</sup>      494 simpli-  
cem om B<sup>ac</sup>      496 chimaerae] chimaeram B      496 tunc – 499 veritatem om B<sup>ac</sup>  
497 falso] falsam B      500 est – 511 inconsideratione om B<sup>ac</sup>      504 est, om B<sup>ac</sup>  
506 componentium om B<sup>ac</sup> apprehensionis P      508 et, om P      509 ex, om B<sup>ac</sup>  
510 vel,] seu B      514 vera – esse] esse vera apprehensio P      515 ut add non B

## 3.3.2.3 Quantum ad tertiam conclusionem est considerandum:

3.3.2.3.1 quod veritas proprie loquendo non est obiective in intellectu simplici, sed in solo componente et dividente, et solum in reflexo et in nullo alio proprie loquendo, quia nihil est in potentia cognoscitiva vel cognitione obiective nisi, quod potest esse obiectum per eam cognitum sicut movens ad cognitionem vel saltem sicut terminans cognitionem illam – hoc enim est esse in potentia cognoscitiva obiective, sicut in potentia appetitiva est obiective solum appetibile, quod appetitur vel appeti potest –; sed veritas non potest cognosci nisi a solo intellectu componente et reflexo; ergo in illo solo est obiective. 520

(a) Probatio minoris quoad primam partem: quia sensus non potest cognoscere veritatem, ut veritas est, tum, quia veritas est quid spirituale, tum etiam, quia saltem includit relationem formaliter rei vel rationis, quae quidem relatio non est quid sensibile per se nec per accidens. Item etiam secundum alios intellectus simplex non apprehendit veritatem, quae est rem esse talem in essendo, qualis est in cognoscendo, vel cognitionem sic cognoscere rem, ut res habet esse, aut rem esse cognoscibilem vel factivam suae cognitionis, sive significationem orationis esse debitam. Ex quo patet, quod cognoscere veritatem, ut veritas est, est cognoscere quoddam complexum, ut complexum est; quod pertinet ad solum intellectum componentem. 530 535

(b) Probatio minoris quantum ad aliam partem, scilicet quod veritas non cognoscitur nisi per actum intellectus reflexum: quia id, quod includit intellectionem in suo intellectu formali, sive ut terminum extrinsecum sive aliter, non intelligitur nisi per actum reflexum. Intellectio enim numquam est nec obiectum nec pars obiecti intellectus recti, sed semper reflexi; sed veritas, quomodocumque sumatur, semper importat respectum vel ad ipsum intellectum, sicut veritas rei et propositionis, vel ipsius intellectus sive cognitionis ad rem cognitam. Ergo per solam cognitionem reflexam est cognoscibilis. 540 545

Istud autem, quod dictum est, est intelligendum de veritate, qua intellectio dicitur 'vera' respectu ipsius intelligentis, vel de veritate rei per respectum ad suum intellectum. Sed loquendo de veritate rei per respectum ad cognitionem alterius ab illo, qui debet cognoscere veritatem, vel de veritate cognitionis alterius, tunc ipse potest eam cognoscere per cognitionem rectam et non reflexam, quia omnis cognitio unius cognoscentis potest esse obiectum rectae cognitionis alterius cognoscentis. Cognitio autem praesens vel praeterita non potest esse obiectum cognitionis rectae in eodem 550

---

516 quantum *praem marg* secunda conclusio B

---

517 loquendo *om B<sup>ac</sup>* 518 et, *om B<sup>ac</sup>* 519 vel *add* in P 521 saltem *om B<sup>ac</sup>*  
 538 id] illud P 540 intelligitur] intelligetur B 541 nec, *om P* 542 vel *om*  
 B550 veritate – alterius *om B<sup>ac</sup>* 552-553 cognitio – praesens] praesens autem P

cognoscente, sed tantum reflexe; de futura autem videtur, quod possit esse  
555 obiectum cognitionis rectae sicut, si esset cognitio alterius cognoscentis.

Est autem accipiendus intellectus componens et reflexus formaliter,  
sicut dicitur intellectus humanus, vel virtualiter, sicut intellectus angelicus  
vel saltem divinus, qui sine compositione et reflexione veritatem omnem  
apprehendit, et per consequens omnis veritas est in intellectu eius simplici  
560 et recto obiective, sed, in quantum est compositus et reflexus secundum  
rationem et virtutem, habet distinctionem ad veritatem suam et aliam.

3.3.2.3.2 Ex quo apparet, quod veritas non est pure ens rationis, ut  
quidam dicunt, quia tunc omnes veritates creatae essent ab aeterno distinc-  
tae, sicut et ideae, et sic essent veritates aeternae plures, sicut sunt ideae;  
565 cuius contrarium dicunt sancti, scilicet quod est tantum una veritas  
aeterna.

Probatio consequentis: quia omnia entia rationis et omnis distinctio  
eorum sunt ab aeterno, quia ad eorum esse actuale sufficit eis esse in  
intellectu actu obiective, id est esse cognita actu; quod habuerunt ab  
570 aeterno in intellectu divino. Omnia enim entia realia et rationis sunt ab  
aeterno secundum esse cognitum. Si autem esse in aliquo cognitivo obiec-  
tive esset non esse nec posse esse cognitum, sed consequi eius actum,  
secundum quod respicit obiectum vel terminatur ad ipsum, tunc posset dici,  
quod in omni cognitione vera esset veritas obiective, sive sensitiva sive  
575 intellectiva simplici sive alia, quia veritas large dicta consequitur etiam  
essentialiter omnem veram cognitionem, secundum quod terminatur ad  
cognitum. Sed hoc non est esse proprie in aliquo obiective, sicut esse visum  
non est in oculo obiective, licet consequatur obiectum visionis in quantum  
huiusmodi, quia esse visum non est lux nec color nec quantum, quae sunt  
580 per se visibilia, nec potest esse obiectum visus. Esse enim visum non est  
quid visum, quia visus non videt se videre. Et, si species et genus dicantur  
esse in intellectu obiective etiam, antequam intelligantur, hoc non est ex  
hoc solum, quod consequuntur rem, ut est obiectum intellectus, sed, quia  
585 cum hoc possunt esse obiectum intellectus, et sic in potentia sunt in  
intellectu obiective.

4. <Ad argumenta in contrarium facta.>

Per ea, quae dicta sunt, patet solutio ad argumenta in contrarium facta.

<Finis quaestionis.>

---

586 argumenta: vide argumentum Durandi supra (§ 2) recitatum

---

560 est *om* P et,] vel P 561 habet] secundum B 564 et, *om* P 568 actuale]  
tale P eis] ea P 572 consequi] sequi B eius actum *inv* P 576 veram *om*  
P 577 proprie *om* P 578 consequatur] consequitur B obiectum] actum P  
579 visum *om* B<sup>c</sup> 580 obiectum visus *inv* P 582 etiam] et P non *om* P 583 sed  
- 584 intellectus *om* P 587 in - facta] facta in contrarium P

## V

<Iacobus de Lausanna, *Commentum in Petri Lombardi libros Sententiarum* I, dist. XIX, q. IV:> Utrum veritas sit in anima vel in re extra.

## 1. &lt;Argumentum ad primam partem.&gt;

Et videtur, quod in re extra, quia: verum et ens convertuntur; sed tale est in re extra; ergo etc. 5

## 2. Contra.

Sexto *Metaphysicae*: Sicut bonum et malum se habent ad esse in re extra, ita verum et falsum ad esse in anima; sed bonum et malum sunt in re extra; ergo etc.

## 3. &lt;Responsio.&gt;

Videnda sunt duo principaliter: primo, in quo sit veritas subiective; secundo, in quo obiective. 10

## 3.1 &lt;Primus articulus sive primum ‚principale‘.&gt;

## 3.1.1 &lt;Conclusiones.&gt;

Quantum ad primum sunt tres conclusiones. 15

3.1.1.1 Prima conclusio: quod veritas nusquam est subiective, sicut omne genus et omnes intentiones logicales.

Ratio: quia illud, quod non est res vera, sed tantum ratio, non est alicubi subiective; sed veritas est huiusmodi; ergo etc.

Maior patet, quia illud, quod est subiective alicubi, oportet, quod sit res aliqua etiam, si ponatur subiective in anima vel in potentia intellectiva, quia non minus est res, immo verior est res quam illud, quod est subiective in re extra. Et ratio huius sumitur ex conditione subiecti, quod est verius et nobilius. 20

7 cf. Aristoteles, *Metaph.* VI 4, 1027 b 25–27 15–23 cf. Durandus de Sancto Portiano, *In Sent.* I (A), dist. XIX, q. III, § 3.2.1; hanc opinionem Durandi recitat Petrus de Palude, *In Sent.* I, dist. XIX, q. VI, § 2

16 prima *praem marg* opinio Durandi et Henrici W

2 in re] in alia re W 8 extra] ex A 16 conclusio] opinio quae dicit W  
 opinio A 20 subiective alicubi *inv* A 21 aliqua] alia WA subiective in  
 anima] in anima subiective A 22 quia] quae WA minus est *inv* A verior]  
 verius A 22-23 subiective *add* in anima A<sup>ac</sup>

25 Minor probatur: quia illud, quod competit rei secundum esse intelligibile, est ratio tantum; sed veritas competit rei secundum esse intelligibile; ergo etc. – Maior patet, quia esse intellectum nihil ponit in re intellecta. Minor etiam patet, quia veritas, de qua nunc quaeritur, non est ipsarum rerum nisi secundum, quod intellectae sunt, quia veritas est adaequatio etc.

30 – et ideo videtur, quod nusquam subiective sit.

Ad hoc autem est, quod intentiones logicae nusquam subiective sunt, quia sunt entes solum secundum rationem.

Cum <ergo> rei veritas – simplicium et etiam compositorum – non sit nisi secundum, quod intellecta est, et per hoc nihil ponatur reale, ut videtur, secundum hoc dicitur, quod nusquam subiective sit veritas.

35 3.1.1.2 Secunda conclusio: quod, qualitercumque hoc sit, veritas est in tribus, scilicet in re, in cognitione, in propositione.

Probatio: Illud, quod denominat aliqua, sive extrinsece sive intrinsece, secundum aliquem modum est in illis, quae denominat; sed veritas denominat illa tria; ergo etc.

Maior patet. Minor probatur: quia, quomodocumque sit, sanitas ipsa denominat illa tria, scilicet animal, urinam et medicinam – dico autem: 'quocumque modo', quia unum intrinsece, alia duo extrinsece; ita recte de veritate quoad denominationem, nam res dicitur 'vera', et sic de aliis.

45 3.1.1.3 Tertia conclusio est, quod veritas principalis est in cognitione vel in intellectu, vel principalius dicitur de veritate, quae est in intellectu vel in cognitione.

Ratio: Quando aliquid dicitur de pluribus secundum prius et posterius, principalius dicitur de illo, per cuius attributionem alia denominantur; sed veritas dicitur de re et propositione per comparisonem ad intellectum; ergo etc.

(1) Maior patet ratione et exemplo.

Ratione sic: Unumquodque principalius dicitur de eo, in quo perfectius invenitur; sed perfectius invenitur in eo, per cuius attributionem alia dicuntur talia; ergo etc.

---

25–32 cf. Durandus de Sancto Portiano, loc. cit.; Petrus de Palude, loc. cit.

---

36 secunda *praem marg* conclusio secunda, opinio Iacobi W

---

25 competit] convenit W	26 competit] convenit W	31 nusquam] nunquam W	32 solum – rationem] secundum rationem solum A	33 rei] r'ei ( <i>id est</i> reiei) A	34 reale <i>om</i> A	35 subiective sit] est subiective W	38 extrinsece – intrinsece <i>inv</i> A	40 illa] ista W	42 illa] ista W <sup>cc</sup>	46 in, <i>om</i> A	in <sub>2</sub>
<i>om</i> A	49 per] secundum W	53 principalius dicitur <i>inv</i> A	54 sed <i>om</i> A								

55 etc. *add* ergo principalis WA

Exemplum ad maiorem primi argumenti et eius probationem: ‚Sanitas‘ dicitur de animali, urina et medicina, principaliter tamen de animali. Et est ratio, quae iam dicta est: quia perfectius invenitur in eo, videlicet formaliter et subiective, in aliis autem extrinseca denominatione solum, quia in urina sicut in signo, in medicina sicut in causa. Et ideo dicuntur talia per attributionem ad ipsum, in quo est perfectius sanitas, vel, quod perfectius est tale. 60

Ergo oportet, quando aliquid dicitur secundum prius et posterius, quod prius dicatur de priore, sicut de causa dicitur aliquid prius quam de effectu; sed debet principaliter dici de eo, in quo est perfectius, sicut probatum est. Et sic patet maior ratione et exemplo. 65

(2) Minor probatur, scilicet quod veritas dicitur de re et propositione per comparisonem vel attributionem ad intellectum.

Hoc patet primo de re, quia res dicitur ‚vera‘ vel ‚falsa‘, in quantum nata est de se facere veram aestimationem vel falsam. Unde aurum non est aurichalcum nec e converso, quia, <cum aurum natum sit facere de se veram aestimationem,> aurichalcum natum est facere de se falsam aestimationem propter similitudinem colorum. 70

Idem est de propositione, quia est vera, in quantum est signum verae cognitionis; signum autem dicitur tale per attributionem ad significatum; 75 ergo etc.

Aliter potest probari minor: quia, sicut res dicitur ‚bona‘ vel ‚mala‘ per comparisonem ad appetitum, ita ‚vera‘ vel ‚falsa‘ per comparisonem ad intellectum.

### 3.1.2 <Responsio primi articuli.>

Ex his respondendum ad quaestionem. Et dico quattuor, quae patent. 80

3.1.2.1 Primo: Cum quaeritur absolute, ubi sit veritas, dico, quod in intellectu.

Et ratio huius est: quia, cum quaeritur de termino analogo absolute, respondetur, in quo principaliter invenitur; sed veritas principaliter invenitur in intellectu, ut visum est; ergo etc. 85

Exemplum de hoc: Si quaeritur absolute: ‚Ubi est sanitas?‘, respondeatur et vere, quod in animali.

3.1.2.2 Secundum est, quod, si quaeritur distincte, dico, quod veritas, quae convertitur cum ente, est subiective secundum modum relationis in re extra. 90

Probatur praemittendo duas distinctiones.

58 iam dicta] inducta W in] ab W<sup>sc</sup> 60 medicina add vero W 64 prius,] principaliter A principaliter W priore] priori W 70 de se facere] facere de se A unde] ut A 72 est iter A<sup>pc</sup> 75 dicitur om W<sup>sc</sup> 77 sicut om A res dicitur inv W<sup>sc</sup> 81 respondendum] respondeo A 82 primo add quod W 84 huius est inv W 86 ut – est om A 88 quod om W<sup>sc</sup>

## 3.1.2.2.1 &lt;Distinctiones.&gt;

(1) Una est de obiecto per comparisonem ad cognitionem, sic: Obiectum potest se habere in duplici habitudine ad intellectum: primo in ratione moventis, secundo in ratione termini vel terminantis. Primo modo est realis relatio potentiae ad obiectum et e converso, sicut est, saltem inter aliqua moventia. Secundo modo non est realis, quia nihil reale acquiritur rei intellectae secundum, quod intellecta est. Et, quia secundum intellectum nihil reale in ea est positivum, ideo intellectus ad rem intellectam non est relatio realis, sed rationis tantum.

(2) Secunda distinctio est, quod obiectum, sicut movet realiter ad cognitionem absolutam, ita movet realiter ad cognitionem debitam. Unde in movendo potest dici dupliciter se habere, sicut positum est immediate: vel sic vel sic, id est ad cognitionem absolutam vel ad cognitionem debitam. Primo modo non est veritas neque falsitas, quia cognitio ut cognitio potest esse indifferenter de quibuscumque et in quacumque habitudine. Secundo vero modo est veritas vel falsitas, quia, si sit cognitio de re secundum debitam eius exigentiam, est vera cognitio; si vero aliter, quam exigit, est falsa.

## 3.1.2.2.2 &lt;Probatio.&gt;

Dico igitur, quod, sicut inter obiectum et potentiam motam ad cognitionem absolutam erat realis relatio, ita etiam est realis relatio, quando movet ad cognitionem debitam – et fortiore ratione, quia plura ponit vel exigit, videlicet non solum cognitionem, sed cognitionem debitam. Tunc arguitur: Respectus realis non separatur a fundamento suo, sed est in eo subiective; sed obiectum, in quantum natum est movere intellectum ad debitam cognitionem, in qua consistit veritas, dicit relationem realem sui ad intellectum, moventis scilicet ad motum; ergo ille respectus non separatur ab obiecto, sed est subiective in eo.

Maiores patet. Respectus enim realis semper praesupponit et sequitur fundamentum secundum actum vel saltem secundum habitudinem.

Minor patet quantum ad unam partem sui per primam distinctionem, videlicet secundum, quod natum est movere intellectum, quod dicit respectum realem; hoc enim patet per primam distinctionem. Quantum autem ad aliam de debita cognitione, in qua consistit veritas, patet per secundam distinctionem.

---

94-95 obiectum] subiectum A      95 habitudine *supra* comparatione *scr* A  
 96 moventis] vocis W      100 in ea est] est in ea A      ad *add* ipsam W      non *om*  
 W      101 realis sed *om* W      104 se *om* A      105 ad, *om* A      106 non] nec W  
 neque] nec est W      107 et in] vel A      108 vero *om* A      114 fortiore] forti-  
 ori W      115 sed *add* etiam A      116 est *om* A      in] cum WA      119 ad motum]  
 et moti A      120 subiective *post* eo *pos* A      in] cum WA      121 praesupponit]  
 supponit A      122 habitudinem] aptitudinem A      124 quod, *add* aptum A



3.1.2.3 Tertium est de veritate cognitionis, de qua dicitur sexto *Meta-physicae*, quod verum et falsum sunt in anima – et dico, quod est in anima subiective. 130

Ratio: Respectus realis et naturalis repraesentationis <vel repraesentantis> est realiter et naturaliter subiective in repraesentante vel repraesentatione; sed veritas cognitionis est respectus realis et naturalis repraesentationis vel repraesentantis; ergo realiter et subiective est in eo.

Maior patet. Filius enim, quia imago patris, naturaliter repraesentat patrem; et est certum, quod respectus huius naturalis repraesentationis est subiective in natura filii. 135

Minor patet. Nam cognitio vel species expressa ab objecto repraesentat non ab institutione humana, sicut circulus repraesentat vinum, sed naturaliter, sicut fumes ignem naturaliter repraesentat. Verbi gratia verbum, sive differat ab actu intelligendi sive non, dicitur esse manifestationem rei sicut imago; et certum est, quod non est imago artificialis, sed naturalis. 140

Ergo, cum veritas sit respectus realis sequens realiter cognitionem, quae repraesentat rem naturaliter, ut dictum est, ponitur necessario subiective cum eo, ut in ipsa cognitione. Et ideo, cum ipsa cognitio sit subiective in anima, etiam veritas sequens eam realiter. 145

3.1.2.4 Quartum est de veritate propositionis. Et dicendum, quod nusquam est subiective.

Probatur sic: Quod repraesentat ad placitum ex institutione humana, dicit solum respectum rationis; sed propositio significat ad placitum ex institutione humana; ergo etc. Tale autem, ut visum est, nusquam est subiective. 150

Secundo ad idem sic: Sicut subiectum scientiae realis est reale, sic subiectum scientiae rationalis est rationale; sed subiectum logicae, vel saltem in subiecto inclusum, est verum et falsum in propositione; ergo verum et falsum in propositione sunt entia rationis. 155

Cum ergo tale ens, quod est conditio rei, ut intellecta, nusquam est subiective, nec etiam veritas in propositione est alicubi subiective.

3.2 <Secundus articulus.>

Secundum principale: In quo sit veritas obiective – hoc est dictum: cuius est apprehendere veritatem. 160

128-129 vide supra, § 2

160 secundum *add marg* secundum principale, opinio Durandi, et dicit tria W

129 est *om* A 132 est] et W 134 in] cum WA 139 circulus] circulatio W 141 manifestationem] manifestum WA 145 ut] vel W 146 etiam *praem* et WA eam] ipsam A 147-148 nusquam] nunquam W 149 institutione] repraesentatione A 151 nusquam] numquam W est *om* W 153 subiectum] obiectum W 157 nusquam] numquam W 158 alicubi] aliquid W

## 3.2.1 &lt;Prima opinio.&gt;

Dicit una opinio,

## 3.2.1.1 quod veritas est in intellectu simplici.

165 Ratio: In illo intellectu est veritas obiective, qui potest veram rem apprehendere; sed intellectus simplici cognitione potest hoc facere; ergo etc.

3.2.1.2 Dicunt tamen secundo, quod falsitas non potest esse in simplici apprehensione.

Ratio eorum est: quia simplex apprehensio vel cognitio intellectus vel  
170 attingit rem vel non attingit. Si attingit, est veritas; si autem non attingit, non est falsitas vel deceptio, sed est ignorantia in toto.

Quod autem hoc non sit deceptio vel falsitas, probatur: quia falsitas consistit in difformitate; modo si res non attingitur, certum est, quod non attingitur difformiter ipsa eadem, licet tunc alia posset apprehendi; et tunc  
175 non est difformitas, et per consequens nec falsitas. Et ideo patet, quod in intellectu simplici non est falsitas vel deceptio, quia, sicut tactum est, falsitas consistit in difformitate, quae non est, si res non attingitur, nec etiam, si attingitur, quia tunc est veritas; ergo etc.

Ad hoc autem est dictum Philosophi nono *Metaphysicae*, quod circa  
180 indivisibilium intelligentiam est quidem verum „attingere“, falsum autem non; etiam tertio *De anima*: „Indivisibilium intelligentia“ fit „in his, circa quae non est falsum.“

## 3.2.1.3 Tertio dicunt, quod perfectius est in intellectu componente.

3.2.1.3.1 Primo, quia veritas vocis repraesentantis est proprie in voce  
185 complexa, non simplici; ergo a simili veritas vel falsitas intellectus cognoscentis est proprie in intellectu componente vel veritatem compositionis apprehendente.

Antecedens patet: quia sola propositio proprie significat verum vel falsum; non enim in voce incompleta ponitur proprie veritas.

190 Aliter potest argui: Sicut se habent veritas et falsitas ad vocem, quae est signum, sic se habent ad intellectum apprehensivum; sed verum et falsum non sunt proprie in voce incompleta, sed <in> complexa propositione; ergo sic circa intellectum.

179 Aristoteles, *Metaph.* IX 10, 1051b 22–33    181–182 Aristoteles, *De anima* III 6, 430a 26 sq.    190–196 cf. Durandus de Sancto Portiano, *In Sent.* I (A), dist. XIX, q. III, § 3.2.2.3; haec argumenta non recitat Petrus de Palude

165 obiective] subiective A<sup>c</sup>    166 cognitione] apprehensione A    167 in –  
168 apprehensione] intellectu simplici A    171 non, *om* W<sup>ac</sup>    173 difformi-  
tate] deformitate W    174 eadem] adm A    175 et, *om* A    in *om* A    183 in  
*om* A    184 est proprie] est W    primo est A    186 est proprie *inv* A    187 apprehendente] comprehendente A    190 habent] habet W    et] vel W    191 et]  
vel A    193 intellectum] intellectionem A

3.2.1.3.2 Secundo sic: In eo est veritas obiective perfecte et complete, quod potest veritatem cognoscere; sed veritas non potest apprehendi nisi per intellectum componentem et dividentem; ergo etc. 195

Probatur minor: quia apprehendere habitudinem plurium, ut plura sunt, spectat ad intellectum componentem et dividentem; sed veritas est talis habitudo vel conformitas; ergo etc.

3.2.2 <Secunda opinio, quae est auctoris.> 200

Est alia opinio communius et verior, quod veritatem cognoscere solum pertinet ad intellectum componentem et dividentem.

Probatur: quia apprehendere habitudinem plurium, ut plura sunt, spectat ad intellectum componentem et dividentem, non ad simplicem; sed cognoscere veritatem est cognoscere habitudinem plurium, ut plura sunt; ergo etc. 205

Minor patet, quia conformitas non cognoscitur sine terminis suis.

3.2.3 <Ad rationes primae opinionis.>

Ad rationes eorum dicendum,

3.2.3.1 quod multum refert apprehendere rem veram et veritatem ipsam, sicut multum refert apprehendere illud, quod est simile, et relationem similitudinis, quia intellectus simplex potest apprehendere id, quod est simile, sed non relationem etc., quia apprehendere relationem est apprehendere talem naturam, puta albedinem, in uno et cum hoc, quod eandem naturam habet aliud individuum; vel melius: apprehendere relationem similitudinis est apprehendere hoc habere talem naturam, puta albedinem, sicut eam habet aliud. Hoc autem apprehendere pertinet ad intellectum componentem et dividentem. 210 215

Ita dico in proposito, quod cognoscere verum vel rem veram potest esse intellectus simplicis, sed intelligere veritatem est intelligere conformitatem rei ad intellectum, <quod spectat ad intellectum> componentem. 220

3.2.3.2 Ad secundum dicendum, quod intelligentia, de qua loquitur Philosophus ibi, non potest apprehendi nisi vere, cum non habeat partes. Sed circa compositionem bene potest esse falsitas apprehendendo partes eius non vere nec perfecte, sicut attribuendo ei pro parte, quod non est pars. 225

4. Ad rationem principalem patet responsio per ea, quae dicta sunt.

<Finis quaestionis.>

---

222-223 Aristoteles, *De anima* III 6, 430a 26 sq.

---

194 obiective] subjective W<sup>ac</sup> add et A 195 apprehendi] comprehendi A  
 196 intellectum] actum W ergo om A 201 est add marg opinio alia W 204 spectat add scilicet W non ad] et non A 205 est cognoscere iter A habitudinem om A 207 conformitas om A 211 ipsam om A 211 refert] referit A illud quod est om A 211-212 relationem] rationem A 212 id quod est om A 213 relationem,] rationem A<sup>ac</sup> 214 cum] etiam A 215 habet add vel habeat WA 216 hoc] aliquid A 223 apprehendi] apprehendere A 225 sicut] sed A ei] rei A

## VI

<Durandus de Sancto Portiano, *Commentum in Petri Lombardi libros Sententiarum*, redactio tertia (C), liber I, distinctio XIX, quaestiones V–VI>

<Quaestio V: Utrum veritas sit ens reale vel ens rationis solum.>

5 Circa veritatem quaeruntur duo. Primum est, utrum veritas sit ens reale vel ens rationis solum. Secundum est, in quo sit veritas: utrum sit in rebus vel in anima.

Ad primum sic proceditur:

1. <Argumenta in unam partem.>

10 1.1 Et arguitur, quod veritas sit ens reale: quia bonum uniuscuiusque rei est ens reale; sed veritas est bonum intellectus; ergo veritas est aliquid reale.

15 1.1.2 Item illud, quod non est aliquid reale, est nihil simpliciter et absolute; sed veritas non est nihil, alioquin laborantes ad sciendum veritatem laborarent ad sciendum nihil, quod est inconueniens; ergo etc. Minor patet. Probatio maioris: quia aliquid et res convertuntur; et ideo, quod non est res, non est aliquid, et per consequens nihil – aequipollent enim ‚non aliquid‘ et ‚nihil‘.

2. <Argumentum in contrarium.>

20 In contrarium arguitur: quia illud, quod distinguitur contra ens reale generaliter dictum, est ens rationis solum; sed ens verum distinguitur sexto *Metaphysicae* contra ens reale generaliter dictum; ergo etc.

3. Responsio.

Circa quaestionem istam videndum est primo, quid importatur per ens rationis, et secundo inquiretur de principali quaesito.

---

10 veritas, – intellectus: cf. Aristoteles, EN VI 2, 1139a 27–29      21 Aristoteles, *Metaph.* VI 2, 1026a 33–35

---

3 vel] an απ      solum om απ      5 vel] an απ      6 vel] an απ      21 reale  
 generaliter] realiter π      23 quid] quod π

## 3.1 &lt;Articulus I.&gt;

25

Quantum ad primum sunt duae opiniones de ente rationis.

3.1.1.1 Prima est, quod ,ens rationis' vocatur illud, quod est subiective in anima sive in intellectu vel ratione. Et motivum huius opinionis forte est: quia ens rationis consuevit appellari ,ens in anima', sed, ut videtur sic opinantibus, nihil est in anima, nisi sit in ea subiective et non obiective solum; unde tertio *De anima* dicitur, quod lapis non est in anima, sed species lapidis, quia, quamvis lapis secundum se se habeat ad animam obiective, non tamen subiective, sed solum eius species; ergo, ut videtur, ens rationis non dicitur esse in anima, nisi, quia est in ea subiective.

3.1.1.2 Istud autem non potest esse verum, quia, quod est ens reale, non est ens rationis, quia distinguuntur ex opposito; sed omne, quod est subiective in anima, sive sit species sive actus sive habitus, est ens reale; ergo non est ens rationis. Minor probatur: quia aequae vera res est anima et perfectior et nobilior quam res corporea; et ideo, si illud, quod est subiective in re corporea (ut calor vel quantitas), est ens reale, fortiori ratione illud, quod est subiective in anima, sive sit species sive actus sive habitus, est ens reale et non rationis.

3.1.1.3 Ad rationem illorum dicendum est, quod entia rationis dicuntur esse in anima non subiective, sed obiective, sicut postea declarabitur. Quod autem dicit Philosophus tertio *De anima*, quod lapis non est in anima, sed species lapidis – non fuit intentio Aristotelis, quod lapis et omne cognitum non possit dici esse aliquo modo in cognoscente, sed voluit excludere illum modum, quem ponebat Empedocles, qui dicebat, quod oportebat animam esse compositam ex omnibus ad hoc, ut omnia cognosceret. Dicebat enim, quod terra terram cognoscimus, et sic de aliis; contra quod dicit Aristoteles, quod lapis non est sic in anima, quamvis sit in ea sicut cognitum in cognoscente.

3.1.2 Alia est opinio – quam credo veriore –, quod ens rationis non est aliud quam denominatio obiecti ab actu rationis secundum ea, quae attribuuntur rei solum, ut cognita est: verbi gratia esse universale, esse genus vel speciem dicuntur ,entia rationis', quia talia dicuntur de re solum, ut est obiective cognita, ita, quod ens rationis non est penitus nihil, nec dicitur ,ens rationis', quia sit in anima subiective, sed, quia denominatio rei

31 Aristoteles, *De anima* III 8, 431b 29 sq. 45 Aristoteles, loc. cit. 48 Empedocles, frg. B 109 DK (Aristoteles, *De anima* I 2, 404b 8–15) 50–51 Aristoteles, *De anima* III 8, 431b 29 sq.

28 vel add in  $\alpha\pi$  32 secundum se om V 34 esse in anima] in anima esse  $\alpha\pi$  36 distinguuntur] distinguitur V 37 sive, om  $\pi$  38 probatur om V res est inv V<sup>ac</sup> res est est V<sup>ac</sup> anima] quae est in anima  $\pi$  41 sive, add actus V<sup>ac</sup> 43 illorum] aliorum V entia] essentia  $\pi$  47 esse – modo] aliquo modo esse  $\alpha\pi$  54 secundum] sed  $\alpha$  56 dicuntur, add esse  $\alpha\pi$  solum] tantum  $\alpha\pi$  57 ens] entia V 58 quia, add est  $\pi$

ab actu rationis secundum ea, quae conveniunt ei solum, ut est cognita. Et  
 60 quamvis idem re sit hominem intelligere lapidem in universali et per indif-  
 ferentiam ad singulares lapides, et lapidem sic intelligi (non enim lapis est  
 sic intellectus nisi, quia homo intelligit eum sic), tamen intelligere in  
 homine est vera res, et denominatio, qua homo esse dicitur intelligens, est  
 65 realis in homine; intelligi autem non est vera res in lapide, nec denomina-  
 tio, qua lapis dicitur ‚sic intellectus‘, est realis in lapide; sed dicitur ‚ens  
 rationis‘, quia nullo modo competit ei nisi per actum rationis tendentis in  
 ipsum ut in obiectum. Et sic patet primum.

### 3.2 <Articulus II.>

Quantum ad secundum dicendum est, quid sit veritas, et ex hoc appa-  
 70 rebit, an sit ens rationis vel non.

3.2.1 Quantum ad primum sciendum est, quod, sicut communiter dicitur,  
 veritas est conformitas vel adaequatio intellectus ad rem. Qualiter  
 autem hoc sit intelligendum?

3.2.1.1 Advertendum est, quod non est intelligendum de adaequatione  
 75 vel conformatione intellectus et rei secundum illud, quod sunt essentialiter,  
 quia intellectus secundum illud, quod est essentialiter, non habet aliquam  
 conformitatem vel adaequationem cum re extra, immo magnam difformi-  
 tatem, cum res extra sit quandoque corpus, intellectus autem non, sed spi-  
 ritus; aut, si aliqua sit conformitas, non consistit in illa veritas, quia, cum  
 80 illa attendatur secundum naturam rerum, aequaliter potest esse inter  
 intellectum et res, quas nunquam intelliget vel intellexit, sicut inter intellec-  
 tum et res, quas intelligit; veritas autem non est sine cognitione; quare etc.

3.2.1.2 Restat ergo, quod talis conformitas attendatur secundum ali-  
 quid, quod est in intellectu subiective vel obiective.

3.2.1.2.1 Et primum quidem dicunt aliqui, scilicet quod conformitas  
 85 intellectus ad rem attenditur secundum id, quod est subiective in intellectu,  
 quod est species rei, quae est similitudo eius, vel – secundum negantes spe-  
 cies – ipse actus intelligendi, qui est etiam similitudo rei.

Sed istud non videtur verum, quia talis conformitas vel esset in  
 90 essendo vel in repraesentando.

(a) Non in essendo, quia omne, quod est subiective in intellectu, est  
 accidens; res autem exterior est quandoque substantia materialis, vel, si sit  
 accidens, est accidens corporeum; inter haec autem non potest esse simili-  
 tudo vel conformitas in essendo, cum sint diversorum generum; quare etc.

---

71–102 textus e redactione prima (A), § 3.1, depromptus est

---

61 singulares *add* et V<sup>ac</sup> 66 ei] rei απ 67 ut *ante* in *pos* π obiectum]  
 ipsum V 69 quid] quod π 70 vel] an απ 74 non] quando V 75 rei *add* et  
 V 79 consistit] consistet *forte recte* V 87 species – est, *om* V 88 ipse *add*  
 est απ 90 repraesentando] praesentando π 93 autem *om* απ

(b) Nec potest attendi conformitas, in qua consistit veritas, in repraesentando: 95

(b 1) quia repraesentatio rei per speciem apud intellectum praecedit saltem ordine naturae actum intelligendi; prius enim est ordine naturae obiectum praesens potentiae per speciem, si qua sit, quam sequatur cognitio; veritas autem aut simul est secundum naturam cum actu intelligendi aut posterior; ergo veritas non consistit in adaequatione vel conformitate, quae est inter speciem et rem secundum repraesentationem. 100

(b 2) = 3.2.1.2.2 Item dato, quod res repraesentetur secundum actum intelligendi solum et non per aliquid prius, et quod repraesentatio sit ipsamet cognitio, adhuc conformitas in repraesentando vel cognoscendo non attenditur secundum aliquid, quod sit subiective in intellectu, sed potius obiective: 105

(b 2.1) = 3.2.1.2.2 (a) quia conformitas in repraesentando vel cognoscendo praecise consistit in hoc, quod repraesentans vel cognoscens repraesentat vel cognoscit rem sic esse, sicut ipsa est; sed talis conformitas attenditur solum secundum id, quod se habet obiective ad intellectum; ergo etc. 110

(b 2.1.1) Maior de se patet.

(b 2.1.2) Probatio minoris: quia, cum dicitur, quod intellectus intelligit rem sic esse, sicut ipsa est: ‚sic‘ et ‚sicut‘ notae sunt conformitatis praedictae, in qua formaliter consistit veritas; sed ‚sic‘ et ‚sicut‘ sunt ibi conditiones obiecti et non ipsius actus intelligendi. Non enim est sensus, quod actus intelligendi sic se habeat ad intellectum, in quo est subiective, sicut se habet res intellecta ad suum esse reale, quia hoc esset falsum; sed est sensus, quod res intelligitur sic esse, sicut ipsa est, ita, quod conformitas est inter esse apprehensum et esse in re, quia, quale esse habet res, tale est apprehensum et non aliud. Et licet res non sit apprehensa nisi per actum, qui est in intellectu subiective, tamen esse apprehensum dicit conditionem dominantem obiectum et non intellectum, nec actum intelligendi, quia intellectus ut sic non est apprehensus, sed apprehendens; nec intelligere est apprehensum, sed apprehensio. Et ita conformitas, in qua consistit veritas, attenditur secundum id, quod se habet ad intellectum obiective et non subiective. Est enim veritas conformitas eiusdem ad se ipsum secundum aliud et aliud esse, scilicet esse intellectum et esse reale. 115 120 125

(b 2.2) = 3.2.1.2.2 (b) Quod etiam patet ex alio sic: Illud est verum formaliter, quod significatur per propositionem veram; sed obiectum intellectus enuntiative sumptum significatur per propositionem veram; ergo veritas est formaliter conditio obiecti intellectus et non alicuius existentis subiective in intellectu. 130

(b 2.2.1) Maior patet, quia signum non dicitur tale nisi, quia significat illud, quod est tale formaliter – sicut urina non dicitur ‚sana‘ nisi, quia significat sanitatem animalis, quae est formaliter sanitas. Et idem dicitur 135

de propositione, quae non dicitur ‚vera‘ nisi, quia significat illud, quod est formaliter verum.

(b 2.2.2) Minor de se patet, quia propositio vera non significat nisi  
140 illud, quod enuntiative apprehensum est per intellectum tamquam eius  
obiectum.

3.2.1.3 Et sic patet, quod veritas est conformitas intellectus ad rem  
intellectam, in quantum id, quod de re enuntiative apprehenditur, est con-  
forme vel potius idem cum entitate rei; et sic est relatio eiusdem ad se  
145 ipsum secundum esse intellectum et esse reale.

3.2.1.3.1 Iuxta quod est intelligendum, quod, cum veritas dicatur de  
re (sicut dicimus illud esse de veritate rei, quod est de eius entitate et quid-  
ditate), dicatur etiam de propositione et intellectu (dicimus enim proposi-  
tionem ‚veram‘ et intellectum ‚verum‘), et ulterius dicatur de obiecto enun-  
150 tiativo tam affirmativo quam negativo (dicimus enim, quod hominem esse  
animal est verum et hominem non esse asinum est verum) –

(a) veritas primo modo dicta non est veritas formaliter sed quasi mate-  
rialiter vel fundamentaliter. Quod patet, quia vox significans eam, sicut sunt  
voces significantes simplicia, non dicitur significare verum neque falsum;  
155 sed hoc esset, si entitas rei esset formaliter veritas.

(b) Veritas autem propositionis non est nisi veritas signi.

(c) Veritas autem intellectus vel actus intelligendi, ut est quaedam res  
in intellectu subiective existens, non est nisi sua entitas; qua veritate omnis  
actus intelligendi est verus. Sed in comparatione ad obiectum dicitur  
160 intellectus ‚verus‘, quia apprehendit rem sic esse, sicut ipsa est.

Igitur rem esse apprehensam sic esse, sicut ipsa est, est verum, ad  
quod tam veritas rei quam vocis et intellectus habent attributionem. Est  
ergo primum verum et, cui primo competit veritas; sed rem esse appreh-  
hensam sic esse, sicut ipsa est, est conditio obiecti conformiter se habentis  
165 secundum esse intellectum ad suum esse reale; ergo talis conformitas est  
veritas. Hoc autem non est aliud quam relatio eiusdem ad se ipsum secun-  
dum esse apprehensum et secundum esse reale.

3.2.2 Ex quo concluditur, quod veritas est ens rationis, quia illud, quod  
attribuitur rei solum secundum esse intellectum, est ens rationis; sed veri-  
170 tas est huiusmodi; ergo etc. Utraque praemissarum patet ex praecedenti-  
bus.

3.2.2.1 Ad cuius maiorem evidentiam sciendum est, quod, sicut est  
duplex actus intelligendi – simplex scilicet et componens sive dividens –,

---

172–173 cf. Aristoteles, *De anima* III 6, 430a 26 – 430b 5

---

137 significat *praem* si V    140 enuntiative – est] est enuntiative apprehen-  
sum  $\alpha\pi$     144 entitate] identitate  $\alpha$     146 quod, *om* V    148 dicatur] dicat  $\pi$   
intellectu *praem* de  $\alpha\pi$     150 quod *om*  $\alpha\pi$     154 dicitur] dicuntur  $\alpha\pi$     neque]  
nec  $\alpha\pi$     161 igitur] ergo  $\alpha\pi$     169 intellectum *iter* V



sic sunt duo genera entium rationis: unum, quod sequitur actum intelligendi simplicem, sicut universale, genus, species et huiusmodi; aliud, quod sequitur actum intelligendi componentem vel dividentem – et hoc est verum vel falsum. Unde verum et falsum non sunt aliud quam rem intelligi, sicut est – et tunc est veritas; vel intelligi esse vel non esse aliter, quam sit – et tunc est falsitas. 175

4. <Ad argumenta facta in primam partem.> 180

4.1 Ad primum argumentum in oppositum dicendum, quod verum dicitur esse perfectio intellectus, quia actus, quo intellectus intelligit rem sic esse, sicut est, est actus summe conveniens intellectui, cuius natura est cognitiva rerum; sed ipsum verum formaliter acceptum non est perfectio intellectus, sed est denominatio obiecti conformiter se habentis secundum esse intellectum et secundum esse reale. 185

4.2 Ad secundum dicendum, quod illud, quod non est ens reale, est nihil realiter; est tamen ens rationis. Nam ens dividitur in ens rationis et ens reale.

4.2.1 Quod autem ulterius dicitur, quod homines nituntur ad sciendum veritatem, contra arguentes est, quia, si veritas sit aliquid reale, non est aliud quam relatio conformitatis intellectus ad rem intellectam; constat autem, quod non omnes nituntur ad sciendum istam relationem; ergo nec ad sciendum veritatem sic acceptam. Qualiter ergo intelligendum est, quod homines nituntur ad sciendum veritatem? Sic utique non, quod veritas quantum ad id, quod dicit formaliter, sit obiectum principaliter cognitum, sed, quod homines nituntur scire naturas rerum et habitudines earum, quae cum cognoscuntur sic esse et sic se habere, prout sunt in naturis earum, tunc est veritas, quae est conformitas rerum, ut intellectae sunt, ad se ipsas, ut existunt. 190  
195

<Finis quaestionis.> 200

175 simplicem *om* V    176 intelligendi *om* V    hoc] illud  $\alpha\pi$     177 vel]  
et V    178 tunc] sic  $\alpha\pi$     191 est *om*  $\alpha\pi$     195 obiectum *add* et  $\alpha\pi$     196 quod]  
quia  $\forall\alpha\pi$     197 se *om*  $\pi$     sunt,] est  $\forall\alpha\pi$     198 ut] vel  $\pi$

<Quaestio VI: In quo sit veritas – utrum sit in rebus vel in intellectu.>

Secundo quaeritur, in quo sit veritas – utrum sit in rebus vel in intellectu.

1. <Argumenta in unam partem.>

5 Et arguitur, quod sit in intellectu:

1.1 primo per dictum Aristotelis sexto *Metaphysicae*, qui dicit, quod bonum et malum sunt in rebus, verum et falsum in anima.

1.2 Secundo per rationem: quia relatio est maxime in illo extremo, quod dependet; sed veritas est relatio conformitatis intellectus ad rem intellectam; intellectus autem est dependens ad rem intellectam et non e  
10 converso; ergo veritas est in eo.

2. <Argumentum in contrarium.>

In contrarium arguitur: quia omnis respectus est in suo fundamento; sed fundamentum veritatis est entitas rerum; ergo in entitate rerum est veri-  
15 tas.

3. Responsio.

3.1 Illi, qui dicunt veritatem esse respectum realem conformitatis intellectus ad rem intellectam, dicunt, quod veritas est in intellectu sicut in subiecto vel potius sicut realis respectus in suo fundamento.

20 3.1.1 Et ad hoc adducunt duas rationes.

3.1.1.1 Prima talis est: Quandocumque aliquid dicitur tale ex ordine ad aliud, in quo sistitur et <quod> dicitur tale, primum dicitur tale causaliter et secundum formaliter; sed res dicitur ‚vera‘ illo modo ex ordine ad intellectum; ergo etc. Maior declaratur per exemplum: nam, quia medicina  
25 dicitur ‚sana‘ ex ordine ad animal sanum, in quo sistitur, medicina dicitur ‚sana‘ causaliter et animal formaliter. Minor probatur: quia, ubi est processus a movente ad motum, sistitur in re mota; sed in processu a re ad intellectum est processus a movente ad motum; ergo etc.

---

6 Aristoteles, *Metaph.* VI 4, 1027b 25–27      8–11 cf. Durandus de Alvernia, *Qq. in De int.*, f. 33a 23–30: „... si quaeritur ... ‚Ubi est veritas ut in subiecto?‘, dicendum, quod in intellectu est sicut in subiecto ... Veritas ... est adaequatio ad intellectum, et adaequatio est quaedam relatio. Tunc arguitur: In illo ista relatio est sicut in subiecto, in quo est totum fundamentum illius relationis; intellectus autem dependet ad rem intellectam, non <res> ad intellectum; quare etc.“

---

1 quaestio – intellectu] quaestio sexta. utrum veritas sit in rebus an in intellectu  
απ      2 vel] an απ      10 est dependens om V      25 animal sanum] aliud α

3.1.1.2 Secundo sic: quia veritas est rectitudo passiva, scilicet rectitudo eius, quod rectificatur, quia est imago et exemplatum; sed intellectus se habet ad rem intellectam sicut passum ad movens; ergo adaequatio intellectus est veritas formaliter, et in re est solum causaliter, et <res> ut sic est causaliter vera. 30

3.1.2 Sed contra hoc arguitur:

3.1.2.1 primo, quia inter intellectum divinum et suum principale obiectum – puta, cum intelligit se ipsum esse summe perfectum – ex nulla parte est adaequatio passiva; et tamen est ibi veritas; ergo veritas non requirit adaequationem passivam. 35

3.1.2.2 Secundo, quia contingit intelligere vere illud, quod nullam entitatem realem habet, sicut, quod chimaera est chimaera; sed talia non-entia nihil possunt sibi adaequare realiter; ergo etc. 40

3.1.2.3 Tertio, quia intellectus potest moveri ad vere intelligendum ab alio quam a re intellecta (sicut deus posset movere intellectum meum ad intelligendum antichristum futurum); sed talis veritas non consisteret in habitu intellectus ad deum moventem, sed in habitu intellectus ad rem intellectam, a qua non esset motus; ergo veritas non requirit adaequationem passivam ex parte intellectus vel illius, in quo est. 45

3.2 Per easdem rationes vel per aliquas earum patet, quod veritas non est relatio actus intelligendi ad rem intellectam tamquam mensurati ad mensuram, quia: in cognitione dei respectu sui est veritas; sed ibi non est relatio mensurati ad mensuram nisi forte secundum rationem; ergo veritas non est relatio mensurati ad mensuram, vel est relatio solum secundum rationem et non secundum rem – cuius oppositum alii dicunt. 50

3.3 Dicendum est ergo, quod veritas formaliter dicta non est in rebus, sed in intellectu – non quidem subiective, sed obiective tantum. 55

3.3.1 Quod non sit in rebus, patet, quia, quicquid est in rebus, est in eis circumscripto omni actu intelligendi; sed veritas formaliter sumpta non est sine actu intelligendi; ergo veritas formaliter sumpta non est in rebus. Dico autem: ‚formaliter‘, quia veritas sumpta materialiter vel fundamentaliter bene est in rebus, sicut dictum fuit in praecedenti quaestione. 60

3.3.2 Per idem patet, quod veritas non est in intellectu subiective, quia, quicquid est in intellectu subiective, est res vera et non ratio tantum; veritas autem est ens rationis, ut probatum fuit in praecedenti quaestione; ergo ipsa non est in intellectu subiective.

60 supra, q. V, § 3.2.1.3.1. 63 ibid., § 3.2.2

29 scilicet *add* quod V 32 est,] et V 35 primo *om* V 36 esse] est V  
37-38 requirit] recipit  $\alpha\pi$  38 passivam] passiva V 41 sibi adaequare *inv*  $\alpha\pi$  51  
nisi – 52 mensuram *om*  $\alpha$  solum secundum *inv*  $\alpha$  54 ergo *add* aliter  $\alpha\pi$   
est, *add* formaliter V<sup>cc</sup> 56 rebus, *add* tantum V<sup>cc</sup> 57 sumpta *om* V 60 praecedenti] praecedente V $\alpha\pi$  62 non *add* est V 63 praecedenti] praecedente  $\alpha\pi$

65 3.3.3 Relinquitur ergo tertium, quod veritas sit in intellectu obiective  
 – non quidem sicut obiectum cognitum principaliter, sed ut quidam modus  
 conveniens rei solum, ut est cognita.

3.3.3.1 Iuxta quod est intelligendum, quod, sicut distinguimus tripli-  
 cem actum intelligendi, videlicet simplicem, componentem et discursivum,  
 70 sic sunt entia rationis in triplici differentia, quia quaedam conveniunt rei,  
 prout est cognita per intellectum simplicem, sicut universale, genus et spe-  
 cies; quaedam conveniunt rei, ut est intellecta per intellectum enuntiativum  
 componentem vel dividentem, sicut affirmatio et negatio et per consequens  
 veritas et falsitas; alia vero consequuntur res, prout sunt obiective in  
 75 intellectu discursivo, sicut antecedens et consequens, syllogismus, enthym-  
 ema et similia – de quibus omnibus tamquam de entibus rationis conside-  
 rat logicus.

4. Ad rationes in oppositum respondendum est:

4.1 primo ad dictum Aristotelis, quod verum et falsum sunt in anima  
 80 – non quidem subiective, sed obiective.

4.2 Ad secundam dicendum, quod relatio realis est potissime in  
 extremo, quod dependet; sed relatio rationis non est in aliquo subiective,  
 sed solum in intellectu obiective modo, quo prius fuit expositum.

4.3 Per idem patet ad argumentum alterius partis: quia respectus rea-  
 85 lis est in suo fundamento; sed respectus rationis – qualis est veritas, quae  
 non est aliud quam respectus conformitatis rei, ut intellecta est, ad se  
 ipsam, ut existit – non est nisi in intellectu obiective tamquam quidam  
 modus conveniens rei solum, ut est cognita.

<Finis quaestionis.>

---

68-69 cf. Thomas Aquinas, *In De interpr.*, prologus 79 Aristoteles, *Metaph.*  
 VI 4, 1027b 25-27